Costui conclude, che non li mettendo Dio la gratia sua, le cose de Christiani sono in grandissimo periculo et per quello dicea costui da la parte, di la si fa pocha estima dela venuta del Papa a Mantua, parendo a quelli di la, che non habi in modo in ordine a riparare alla potentia del Turco, stando il mundo e le potentie, de quelle come fanno. Il Turco, dice costui, che a di 9. de Aprille era a Sofia, e che li attendera a forzare le gente sue, e che il voleva venire in Servia per venire poi in Schiavonia, dove facilmente po venire senza conditione, e che volendo io intendere da luj se il Re si poterebbe ajutare dalle forze dello Imperatore, il dice de no, e la ragione e questa: che nel reame son molti Baroni, che sono Todeschi; benche le terre loro per parte siano nel Reame; tamen non pono fare senze il favore dello imperio, e giunti questi tali con li altri, che sono contrarj al Re, fanno uno gran relievo al imperio e danno al Re delle entrate de quello Re. Il dice, che veramente non ha piu de Ducati CC milla, e che una gran parte de questi si convien donare d'ordinario, e per quello habii inteso per anni tre il ge stato, il non resta al Re piu de 135 milla Ducati, e chel non po mettere gravezza alcuna, se non li consentono tutti li principali del paese suo, siche anche l'importanzia del dinaro e la contradiczione dell Imperatore saranno cagione a fare, che quello Re sara in qualche pericolo.

Illustrissimo Signore! havendo mi mandato questa copia lo Illustre Duca de Modena per intendere le vie, quanto importava il Re d'Ungheria l'accordio de certi Baroni con l'imperadore contro esso Re, dico: se li Baroni se conteneno in questa lettera, sono veramente d'accordio con l'imperatore, non e possibile al Re Mathia obtinere quello Reame et quantunque io sia certo, che Vestra Excellencia habia queste novelle per altra via, non dimeno per fare mio debito, ce le mando questa. Datum Ferrarie XXIII. Maj 1459.

Excellentie V. servitor fidellissimus Gentilis de Curte.

Al Duca di Milano.

(Milánói állam ltár.)

37.

1459. A velenczei titkos tanács határozata a Mátyás király követségének adandó válasz tárgyában.

MCCCCLIX. die X. Julij.

Quod Reverendis patribus, Episcopis Zegudinensis et Corbaviensis, ac Magnifico Comiti Stefano de Frangepanibus Segne ect ect. Nec non Venerabili Decretorum Doctori Domino Vicario Strigoniensi, Oratoribus Serenissimi Regis Hungarie, qui nuper ad nos venerunt, et post generalia longo verborum ordine conati sunt declarare nobis magnam benivolentiam et singularem affectionem Serenissimi Domini sui erga Dominium nostrum, commemorando cordialem amorem Serenissimi condam Genitoris sui ac fratris sui, in nos multis modis ostensum faciendoque nobis oblationes amplissimas ect. Secundo loco explicaverunt gravia et imminentia pericula, que ob adventum Turchi contra Belgradum cum exercitu potentissimo, nedum Regni Hungarie, sed toti christiano nomini, expugnato ac devicto Belgrado facillime contingere poterant, qui locus vere dici poterat maximum obstaculum contra christi hostes ac hostium, si quod absit, amitteretur ad excidium christiane religionis; quodque Rex ipse, qui in puerili quodamodo etate constitutus, ac carceribus mancipatus, proculdubio existimabat ac firmiter tenebat solo dono Dei in Regem Regni illius fuisse assumptum, omnino disposuerat imitare vestigia patris et suorum, nedumque facultatem et substantiam omnem suam, sed personam et vitam propriam exponere pro christi nomine ac gloria christiane religionis: ideoque nos etiam hortabatur ac summum in modum rogabat ejus Majestas, ut contra hunc communem Crucis hostem arma summeremus, seu saltem favores nostros in his, que fieri possent, impenderemus, sicut pro honore Dei nostri ac nostro et totius christi fidelium officij, et debiti nostri erat, eramus enim magnopere obligati redemptori nostro quomodo ex debili principio per Dei clementiam, perque virtuosa opera nostra amplissimum Imperium ac magnam mundi partem consecuti eramus. Tertio

oratores ipsi multis verbis et justificationibus quesiverunt inhonestare Serenissimum Romanorum Imperatorem, tam in occupando nonnulla loca spectantia Regno Hungarie, quam in procurando modis omnibus, eversionem et ruinam dicti Regis Mathie contra fas et Jus, petieruntque tandem etiam circa hunc partem presidia et favores nostros. Quarto fecerunt nobis plurimum commendatum Magnificum Comitem Stephanum Segne et fratres, suos ut prosequeremur eos favoribus nostris, tum ob veterem eorum ad nos affectionem, tum quia multum benevoli erant Regis ejusdem, subinde etiam commendaverunt nobis Comunitatem Ragusij. Ultimo loco, circa facta Domini Scanderbeghi quamplura dixerunt nobis in commendationem suam, quomodo Rex ipse Hungarie intellexerat inter nos et eum vigere certam discordiam, quodque Scanderbeghus ipse significari fecerat Regie Majestati, quod si pacem cum Turco habiturus esset, liberet ei non pretermittere, quod in ea secum includeretur, si bellum cum Turcho Rex ipse gerere intendebat, ipse quoque forti et constanti animo in bello ipso perseverare penitus disponebat etc. ect. Respondeatur:

Quod dicere non possemus, quam grato et perjocundo animo intellexerimus ipsos Reverendos ac Magnificos Oratores, concernunt enim Legatio et verba sua, ac Serenissimi eorum Regis nedum honorem summi Creatoris nostri, sed etiam commoda salutem et gloriam christiane religionis, licetque nihil acceperimus novi de singulari in nos benivolentia et amore precipuo Regie Majestatis, quomodo multis modis id apud nos exploratissimum est; neque etiam ex memoria nostra excidit, nec excidere unquam poterit cordialis affectio, que inter S. condam genitorem suum recolende memorie et nos continue viguit: agimus tamen Majestati sue pro humanissimis verbis et oblationibus suis omnes eas ingentes gratias, quas possumus parique animo in omnibus concernentibus decus et gloriam Celsitudini Sue promptis animis paratissimos nos offerimus.

Circa partem pertinentem ad Turcos et ad optimam dispositionem Regie Majestatis procedendi contra eos dicimus: Quod non satis ex hoc laudare et extollere posse cognoscimus Serenitatem Suam, que suorum imitando vestigia, veluti Catho-

licus Princeps cunctis ejus studiis et viribus incumbere statuerit in honorem Dei, salutem et commodum regni sui ac nominis Christiani, persvademusque nobis, ac in divina bonitate fidendum est: quod sicut Majestas Sua sincero corde ac perfecta mente in rebus istis intenta est, ita Deus ipse noster, cujus nutu cuncta procedunt, Serenitatem Suam in ejus optima dispositione prosperisque successibus felicitabit cum immortali gloria et laude Celsitudinis Sue. At quantum Oratores ipsi petierunt, quod contra hunc communem hostem arma summamus, seu presidia nostra impendamus, Respondemus: Quod existimamus non opus esse aliter recensere: qualis semper fuerit majorum nostrorum ac firma nostra sententia, quomodo multis rerum preteritarum experimentis, non sunt obscura memoranda gesta nostrorum, ac nostra contra Turcorum perfidiam et in hoc ipso proposito nunc etiam sumus et continue esse disponimus; sciunt quoque Sue R. P. et Magnificencia, Summum Pontificem esse ad Dietam Mantue celebrandam, ad quam etiam ipsi proficiscuntur, ut cum alijs potentatibus christianis disponantur, quecunque gerenda sunt. Nos vero, ut sepe diximus Sanctitati Sue, non sumus ex parte nostra defuturi a debito nostro, intendimusque mittere ad Dietam ipsam Oratores nostros, nec erimus de ultimis, qui officio et debito nostro satisfacturi sumus.

Quod vero inter Imperatoriam Majestatem et ipsum Serenissimum Regem suborta sint scandala et dissensiones, que tam ab ipsis Oratoribus, quam aliter intelleximus: nobis profecto displicet vehementer et ultraquam possumus exprimere, quomodo summum desiderium fuit nostrum et est, quod presertim inter ipsos Principes, attentis conditionibus rerum et temporum occurentium vigeat bona pax et amicitia, speramusque et confidimus in summa sapientia Romani Pontificis et in ejus bonis operibus, ac etiam Reverendissimi Cardinalis Sancti Angeli Legati, quod difficultates ille aptabuntur, ac fine optato et debito componentur, ut juxta desiderium et dispositionem prefati Serenissimi Regis, ea, que honorem Dei, et christianitatis concernunt, melius feliciusque exequi possint.

Ad partem magnifici Comitis Stephani et aliorum Magnificorum fratrum suorum: dicimus, quod prout per continua

tempora videri et cognosci potuit, dileximus semper Magnificentias suas, et in omnibus concernentibus honorem et comoda sua, eos et statum eorum, paterna caritate complexi sumus, quomodo omnes benivolos et amicos Sue Serenitatis nostros proprios semper reputare intendimus.

De Raguseis quoque dicimus: quod prout notissimum est, semper eos bene vidimus et tractavimus, et in mercaturis et commertijs suis, que tam hic, quam in alijs terris et locis nostris habuerunt et habent, semper bene et affectuose visi et expediti sunt, et ita etiam intuitu Regie Majestatis in futurum libenter facturi sumus.

Denique circa factum Magnifici Scanderbeghi, intelleximus quantum Sue R. P. et Magnificencia nobis detulerunt, et quidem prout omnibus manifestum est, dileximus semper eum, et in oportunitatibus suis favimus semper sibi ac honori suo et bone conservationi sui status, quomodo ex terris et locis nostris sibi finitimis, ut bene scit, honorem et comoda semper suscepit et ita infuturum facturi sumus. Sique aliquando aliqua differentia inter nos occurrerit, non quidem ulla culpa seu defectu nostro, quesivimus semper eam per viam quietis et tranquilitatis componere, sicut etiam nuper evenit, et ita pro quanto semper in nobis erit: in complacentiam prefati Serenissimi Regis prompto animo in posterum faciemus.

Et justificitur et honestatur, si ita opus erit, hec deliberatio nostra cum predictis et alijs bonis et accomodatis verbis et in omnibus, que Collegio videbuntur.

De parte 145.
De non — 0.
Non sinceri — 2.

(Velenczei Deliberationi del Senato secreto 1453—1459. állam-könyv 186. lap.)

38.

1459. Nürnberg. De Nardinis a pápát tudósitja a Fridrik császár, Lajos bajor fejedelem, Albert brandeburgi örgróf stb. közt létesült békekötésről.

Sanctissime Pater, atque Clementissime Domine. Post devotisima oscula pedum beatorum. Pro summo gaudio sumaque letitia significo Sanctitati Vestre, quatenus hodie nona mensis Sancti Spiritus gratia cooperante post plurimos labores ac durissima et difficillima certamina et varios diurnos ac nocturnos tractatus tandem saluberima pax conclusa est inter Serenissimum Imperatorem et Ludovicum Bavarie Ducem, nec non inter eundem Ducem Ludovicum et Marchionem Albertum Brandeburgensem et inter Comitem Palatinum ac suos confederatos ex una, et Electum Magontinensem et Ducem Ludovicum minorem Comitem de Würtemberg et suos confederatos ex reliqua. Et eorum copie, que hactenus numerum LX milium pugnatorum excedebant, ad propria redire jusse sunt, qua ex re altissimi gratia tota Germania a crudelissimo bello liberata est; nam omnes principes, nobiles et communitates ad id conveniebant et jam arma assumpserant et preter hos rex Bohemie noviter se connubio quodam Ducibus Saxonie conjunxit et propterea paratus erat etiam in propria maximo cum exercitu venire, ac jam plurimos de suis nobilibus et militibus premiserat. Est profecto ista pax potius divinitus, quam humano consilio conclusa et que sola auctoritate et auxilio Sanctitatis Vestre confici poterat; nam vix explicare possem, quanta sit observantia, qua principes isti Alamani et inclita hec patria ad Sanctitatem Vestram habent. Hujus rei verissimum argumentum est hec sanctissima pax, quam nemo fieri arbitrabatur ob copiarum apparatus et ingentes expensas jam ab omnibus factas. Quanta autem letitia ex hac pace tota Alemania affecta sit, id longe processiones et plurime solemnitates spirituales atque temporales significant. Nam Dux Austrie Sigismundus et Johannes Bavarie Dux ac multi alii Dominj in propriis personis spectacula militaria exercuerunt.

In publicatione hujus pacis tanta confluxit hominum multitado, quod palatium, platea et alia loca a viris armatis custodiri opportuit. Exorsus sum coram omnibus Nomine Sanctitatis Vestre agendo principibus magnas gratias ac eos summis laudibus extollendo, qui tam sanctam ac piam pacem acceptare dignati sunt, conditionesque pacis et comoda et fructus et belli mala, calamitates et periculosos eventus eis recensendo. De hinc eos hortatus sum, quod sicut pro rebus Christianis principibus indignis et privatis odiis ac dissentionibus bella ingentia et arma paraverunt, ita pro salute reipublice Christiane pro se, liberis posterisque suis longe magis ac majori animo hos eorum paratus et arma in immanissimum Christiani nominis hostem convertere deberent eosque, adhortatus sum, ut sanctum propositum Sanctitas Vestra exequi possit et pro aliquo bono in destructionem Turcorum efficiendo, ut personaliter Mantuam ad Sanctitatem Vestram accedere vellent, vel si qui legitime impediti essent (quod vix cogitari potest) suas solemnes ambasciatas cum plenissimo mandato transmitterent. Absolutis verbis meis recessimus absque alia responsione ob confluxum maxime multitudinis, convenerant sane, ut dicitur circa XL millia hominum ac cum omni gaudio, strepitu, letitia et jubilatione cum universo Clero et reliquiis ecclessiam intravimus, ibique Clerus solemnissimum Tedeum laudamus decantavit et demum cum maxima admiratione ingentis gaudii omnes ad propria hospitia divertimus. In tractatu autem pacis hoc actum est, et scriptis confirmatum, ut ad imperatorem me conferre deberem, eoque Dux Guglielmus et Marchio Albertus, qui a Majestate Sua ad bellum istud prosequendum in Capitaneos electi fuerunt, nullam potestatem pacis conficiende habebant, et ita pro excusatione eorum et ut tractata omnia rata et grata sint: hec mea profectio ad Suam Serenitatem fuit deliberata. Nam sine ista promissione nulla unquam pax secuta fuisset, hoc etiam preterea actum est, ut omnis indignatio ipsius imperatoris erga Ducem Ludovicum tollatur. Quare hinc triduum Ratisbonam versus proficiscar, ubi per Danubium ad Vienam descendam. Dux etiam Sigismundus mittit suos Oratores ad Suam Maestatem occasione illius cedule decem millium Marcarum argenti per eum alias Sue

Serenitati promissarum, quemadmodum jam plenius Vestre Sanctitati significavi. Spero in omnibus me ita gesturum, quod Sanctitas Vestra firmissime cognoscet, quanta sit vis fidei et devotionis, quam ad illam et Sanctam Sedem Apostolicam habeo. Si qua alia per me agenda sint, Sanctitas Vestra rescribat, ad illa exequenda paratissimus, si non, rebus circa imperatorem expeditis ad Sanctitatem Vestram quam primum revertar, quam mirum in modum videre cupio et suos sanctissimos pedes deosculari. Pax ista Beatissime Pater omnibus potius miraculosa, quam humana visa est ob expensas factas et ingentes copias paratas et quia totius Germanie destructio et eversio secuta fuisset. Eapropter omnes principes et populi de pace ista maximam letitiam et jucunditatem preseferunt, et nedum in hac Civitate, verum in reliquis omnibus Alamanie dignissima signa exultationis ordinarunt, quare divinitus hoc factum arbitrantur, ut paratissime copie ad omnia igne et ferro devastanda et ad crudelissimum bellum prosequendum, ita e vestigio sint ad saluberimam pacem converse. Nec in presentiarum prolixior ero, quia pater meus Magister Henricus, qui omnibus interfuit et prefuit, summa cum prudentia et exactissima diligentia de conditionibus pacis et aliis quibuscunque coram Sanctitatem Vestram informabit, pedibus cujus me genibus flexis devotissime reccommando. Datum Nurimbergi XI. Julij MCCCCLVIIII

G. V. Sanctitatis

devotissima factura.

S. protonotarius de Nardinis

Sanctissimo atque Clementissimo Domino Nostro Pape.

(Milánói állam ltár.)

39.

1459. Bécs. De Nardinis István Sfortia Ferencz milanói herczeget Podiebrad Györgynek cseh királylyá koronáztatásáról és Fridrik császárnak iránta táplált jó szándékáról tudósitja.

Illustrissime Princeps et Domine mi Unice ac Singularissime, post devotissimam commendationem. Significo ala Celsitudine Vostra, como hoggi XXVII. del mese el Serenissimo Imperatore cum grandi apparati et comitiva de circa sey millia persone fra da pedi e da cavallo e andato verso Moravia ad una terra se chiama Bruna per incoronare lo electo in Re de Bohemia, la qual cosa pare ad ognuno prima facie extranea et indignissima, considerata la qualitate del dicto electo, notissima ala Vostra Signoria. Et trovandome spesso cum lo Vescovo Curciensis, che e el primo homo habia lo imperatore, detestava seco domesticamente tale coronatione, lui me allego molte raxone, per le quale Sua Maesta se movea ad fare questo, e fra le altre, che costui era tenuto et reputato da ognuno per Re de Bohemia, et che el non coronarlo non seria impero torglie quello reame, occorsome ad proposito cum bono modo introdure, che cum altre raxone la Sua Maesta se doveva movere ad confermare, la Vostra Signoria in quello Ducato, el quale era suo, et aspectavali per mille legiptime raxone, perche non solo la Vestra Celsitudine era havuta da tutti li Principi Christiani per indubitato Signore et Duca di Milano, ma per le sue excellentissime virtute doeva lege a tutta Italia, resposeme: che era ben certo vivendo la Signoria Vestra non se li poteria dare impedimento, sed post li figlioli se poteriano grandemente offendere. Declarali questi erano pensieri vanissimi, perche omni tempore la Vostra Signoria havea si fundato el stato suo cum la benivolentia delli populi, grandissime parentele et altre infinite vie, che may se havea a dubitare de sinistro alcuno, et che la Serenita de lo imperatore faria bene sapere cognoscere tal Principe per amico et bono e utilissimo figliolo del Sacro Imperio, et fare liberalissimamente

questo, di che Sua Maesta per tutti li tempi ne seria laudata e contentissima.

El parlare mio parve multo justificato e raxionevole al dicto Vescovo, e disseme, como lo Imperatore torna, se te pare voglio ne parlamo ala Sua Maesta. Costui e Prelato de grandissima importantia et auctoritate presso questo Signore, et ad mi e benivolentissimo. Se piu oltra volesse vostra Excellentissima Signoria facesse advisemene, che como gia glie ho dicto, non credo homo del mundo facesse cum major fedelta de mi facenda alcuna toccasse ala Signoria Vostra ha havuto in grand displicentia, chel Papa ordinasse questa Dieta in Mantua, quando debia consentire in Italia, sera contento de Ferrara, di questo et altre cose se tractara ala tornata de Sua Maesta, che sera in fra 15 giorni. Questa coronatione e cosa de grandissima importantia, et secundum omnes sera caxone de uno grand bene o de qualche inreperabile scandalo. Dio, cujus causa agitur, ce meta la manu. Advisaro Vostra Signoria sempre de le occurentie, ad cui devotissimamente me recommando. Ex Vienna XXVII. Julij 1459. Excellentie V. Celsitudinis

devotissima factura
Stephanus de Nardinis Protonotarius et
Referendarius apostolicus ect.

Illustrissimo atque Excellentissimo Principi Domino F. Sfortie Duci Mediolani dignissimo ect. Domino meo singularissimo.

(Milánói állam ltár.)

40.

1459. Mantua. Carreto Otto Boszniát és Magyarországot illető dolgokról értesiti a milánói fejedelmet.

(Al Duca di Milano.) Qui ce venuto li Ambassadori del Re de Bosna, fra li quali e quello Don Nicola Cavallero, qual fu gia e passato un anno de Vostra Excellentia, e dice d'havervi da

Venetia mandate certe lettere della Maesta de prefato Re, delle quali ha avuto le responsione Vestre. Se scusa se non e venuto esso da Vostra Excelentia, perche la importantia de le cose ha ad fare con nostro Signore, richedera celerita, elli sono venuti per subsidio, e per fare, che la Sanctita del Nostro Signore ritraga lo Serenissimo Imperatore da perturbare el Re d'Ungheria, con lo qual esso Re de Bosna haveva preso certi boni ordini per defensione de la Republica christiana, quali per tale impedimento non se egsegviscono. Vene ancora via degna Ambasciata de Serenissimo Re d'Ungharia cioe l'Illustre Conte Stephano de Segna et doij dignissimi Vescovi, li quali in breve seranno qui, dell' Ambasciada de Borgogna, ex de quella d'Aragona vostra Excellentia se e informata. Mantue die 29. Giugnio 1459. Otto de Carreto.

(Milánói állam ltár.)

41.

1459. A velenczei titkos tanács határozata István fejedelem követeinek adandó válasz tárgyában.

MCCCCLIX. die III. Septembris.

Sapientes Consilij | » t. f. | Quod Oratoribus Illustrissimi Domini Ducis Stefani Sancti Save, qui venerunt ad presentiam nostram circa particularitatem, per quam sumptus fuit respectus, videlicet de illo loco, sive castro sibi requisito per Serenissimum Regem Bossine, quod idem Dux ut asserit potius dare contentaretur Teurco, quam dicto Regi, super qua re requirit consilium et favorem nostrum, et quod scribamus ect. ect. sicut per Seren. D. Ducem isti Consilio relatum est, Respondeatur:

Quod sicut multoties diximus, ita nunc etiam replicamus, quod profecto sumus plurimum affecti Ill. Domino Suo, ejusque honorem, bonum statum et commoda semper intelligere cupimus, vellemus quoque ex amore, quem sibi gerrimus, semper sibi commemorare ea omnia, que sibi utilia esse cognosceremus sed cum de rebus illarum partium non habeamus

illam cognitionem et intelligentiam, quam habet Excellentia Sua, cognoscentes etiam eam prudentissimam, relinquimus sibi deliberandum, sicut pro statu suo melius et utilius esse cognoscit, nec videtur nobis aliud honeste posse dicere in re ista.

+ 133 — 3 — 3

(Velenczei államkönyv 188. l.)

42.

1459. Buda. Követi jelentés a milánói fejedelemhez a magyar királyi udvar több rendbeli ügyeiről.

Bude 13. septembre 1459. De nuove de qui, como per avanti dissi, el fu facta per mezanita del Re de Boemia fra la Maesta delo Imperador et questo Signor Re tregua per uno anno, avegna che io scrivessi fosse paxe et cussi dico da novo, in la quale tregua l'era romaxo de fuora alcuni Capitanei, che se posso reputare quasi li principali, che per nome d'esso Signor Imperadore fera la guerra a questo Reame, che sono li Conti de Gorsyn,*) Conte Zuane et Conte Gismondo et con loro uno Nandiebok et uno Pancarchin, **) i qual di puoj tal tregua sequendo ano danezato questo Regno assai et pochi di sono per tractato, che ebbeno cun uno Abbate, el quale si chiama Abbate de San Martino, el qual pretendeva esser Vescovo di Zagabria et chiamasi Brentay ***) Tomaso, vedendo dicto Vescovato non poter haver, per esser pervenuto ale manj del Vescovo de Varadino per una permutatione, che la facto con el Vescovo, che havea prima che li ha dado Varadino el Vescovado. esso et ha tolto quello de Zagabria, quello Abbate de San Martino predecto per siegno ha dado el castello del dicto Martino in mano di predecti Conti de Gorsin et de altri suoi compagnj inimici di questo Signor Re, che l'uno grande stucho in lochio a questo reame per esser fortissimo et in luogo, che puo far danno assay, hora per mezzo di Nicolo Vajvoda se praticata et conclusa paxe con li prefati Conti et li altri compagni predicti et die ceder dicto castello per incontro de do

---

*) Sz. Györgyi grófok.

**) Pamkircher.

***) Debrenthei.

altrj, che li vien da do perdito et X millia Ducati con essi, li qual hozi sono venuti con loro et aspeta per confermare li capituli dessa dala Maesta del Re, che se tiene la debia segnire con effetto.

Piu vi disse de la liberation de Silagi Mihal, el quale in pochi di haveva congregate zente assay et havea et ha gia segvito et credito nel reame et adherentia de molti grandi Signori et Baroni. Esequido, che per mezo del Reverendissimo Signor Legato Cardinal Sanct Anzolo et del Reverendissimo Signor Arcivescovo de Strigonia e seguità paxe fra loro, el qual Mihale non ha voluto venir de qua, se prima non e andato aluy li predecti Signori Legati et cussi con salvaconducto del Re et de tutti Baroni et per la fede havuta in dicti Signor Baroni et maxime del Cardinal de Sancti Anzelo, el qual li e stado bon amico, che puo dire havere la vita per Dio et per la Sua Reverendissima Signoria, che se non fusse sta l'opera et provisione fe dicto Legato, quando el fo retegnudo in el principio questo anno el dovea esser spazato, et la opera et provisione fe dicto Legato fu casone darli la vita, diche ne sequito poj la sua liberatione et e per esser piu grande che fusse may, siche el dicto Signor Legato una con l'altro Arcivescovo di Strigonia et l'Archivescovo di Colozia et volse anche andarre la Illustrissima Madonna madre del Serenissimo Signor Re sua sorella et Paluzi Laslo et altri Baroni et a di primo de questo el condusseno qui in Buda con grande honore et fino a di 9. sono state in la pratica de conzare le cosse fra loro, et essendo fra loro fatiche assaj ad haverlj possuti cozare pure con la Dio grazia a di 9. fu concluxo et acordato tutto fra loro, che li vien conceduto el suo honor, el Contado de Bistrize et tutto quello perpetualmente el Re li havea dado, et luy de restituire Lippa et il castello, che havea et ha in suo manj, el qual Miale de poj facto tal conclusione, le ando a stare qui dapresso in uno castello, che luj tien appellato Vorzegrado et li aspectare vengeno li Castelani de le castelle, che a luj sono date et restituite et prima non si partira de dicto logo, fino el non sia certo habia tuto in sua mano, el qual se offerisse far assaj per la difensione de questo reame et contra Turchi, et e sta concluso, che in quanto el si aquistasse Semedrino, che el habia

esso suo et chel sia facto Despoto dela Servia et luj die restituire al Re le cosse, che luj haveva dado in questo reame et sperasi, che per la paxe sua sequida, che luy opera anche ogni inimico de questo Re se pacifichi con esso, et che le cosse si redugano nel regno fra loro in pacifico stato. Solo luj pretende ala impresa contra el Turco et de redursi verso quelli confinj de Semedrino per dare principio, a quello el pretende de fare per venire ala sua intention dela Signoria, et questo Illustrissimo Legato lo dara quello favor el pora.

Anche se extima fra pochi di sequira paxe con Pani Jani, qui in la Schiavonia, et Turchi alj confinj da diverse bande sono entrati et ano facto infiniti danni, che l'una pietade alle anime, che sene hano menade via et quasi se puo dire, la mazor parte deli luogi de dicti confinj da loro esser desolati; et costoro per la divisione et tribulatione hano havudo da diverse bande, non hano havudo modo a poter providere, perche li dinarj sono manchandi, che e la principal parte, che possi per la paxe de dicto male. Datum Bude adi 13. septembris 1459.

(Milánói állam ltár.)

43.

1460. Januar 1. Bécs. Fridrik császár levele, melyben, miután II. Pius pápa és a birodalmi választók s fejedelmek mantuai gyülésén a török elleni hadjárat elhatároztatott, evégből más két gyülést, egyet Nürnbergben Invocavit vasárnapján, másikat Bécsben a közelgő Judica vasárnapján kivánván tartani, ezekre, vagy legalább is az utóbbira személyesen vagy képviselőik által meghivja az illetőket.

(Kivonat a milánói állam ltárban lévő latinúl irt nyilt levélből.)

44.

1460. Balbi Dominik a milánói herczeghez Szilágyi Mihály elfogatásáról a törökök által.

Exemplum. Serenissime Princeps et Exc. Domine Domine mi singularissime. Debita recomendatione premissa. Que ad presens occurrunt, breviter Dominationi V. significabo, quod scripsi jam Excellentie V. Hungaros a Turcis superatos, revera fuit, ex illis captive XXVIII. huc ducti sunt, et de mandato omnes trucidati, in quibus etiam fuit eorum Capitaneus Silagy Mial regis Hungarie patruus, qui tribus diebus post alios crudeliter trucidatus est. Tenuit autem eum Rex turcorum sic vivum post alios, ut per omnes modos sscitaret ab ipso, quo pacto Belgradum expugnare possit et partes Hungarie debellare. Constantinopoli die V. februarj 1460.

Dominicus Balbi de mandato
Vre Serenitatis Bayulus Constantinopoli.

Al Pasquale Malipetro Doge di Venezia.

(Milánói állam ltár. — A velenczeiek márczius 1-sőtől számitván az esztendőt, e levél még 1459-ben kelt.)

45.

1460. A velenczei tanács határozata István herczeg követének a boszniai ügyekben adandó válasz tárgyában.

MCCCCLX. die XXVI. Februarij.

Quod Sp. Oratoribus Ill. Ducis Stephani, qui ad presentiam nostram se contulerunt, exponentes oretenus nonnulla que etiam in scriptis nobis tradiderunt, et huic Consilio lecta sunt, Respondeatur:

Sapientes Consilij 3. » t. f. » Ordinum	Illustrissimo Principe! et Excellentissima Signoria, Suplica Vestra fiol, et menor fradello Ducha Stephano ale

Vostra Illustrissima Signoria come sa bene la Vostra Signoria come, questo infidel pagano, zoe, gran Turco in quanto pizol tempo, si come meglio intende Vostra Signoria quel che ha

facto verso tanti Signori, tolse Constantinopoli et tuto suo Imperio, et simelmente po considerar la Signoria Vestra, quante fo le richeze et possanza de Signor Despoti de Servia, el qual non pote subornar, ne saziar gran Turco, cum le sue richeze, ne resister cum la sua potenzia, la Sua Signoria tolse, et simelmente da po la morta, de Conte Biancho, tolse tuta la Valachia, la qual se teguiva cum li Hungari, la qual anchora signoriza al presente, deinde tolse la Morea et tuta Sua Signoria.

Adesso Ill. Signore me par che se appropinqua quello tempo, che me vora devorar, come ha facto de altri principi et Signori, per che nostri termini non e gram montagne, ne gram aque, el qual cum le mie richeze non posso sagrar, ne cum possanza resister, et lui confidando de le sue forze e disposto a tuor, tuto quello chel pora et a chi pora; et io Serenissima Signoria essendo Vostro bon fio et citadino, et fedel amigo, come sa la Vostra Signoria non trovo meor veduto, ne mazor sperenza se non in vuj potentissima Signoria. Et per tanto humelmente supplico ale Vostra Signoria che ve piaqua conceder soto la Vostra Signoria qualche castello, che fusse in isola, et se non posse haver castello, almen qualche Ixola, zoe, o Liesna, over Braza, over altrui, segondo meglio par ale Signoria Vestra dove serave salvo, et guardado io et li mei fioli, et mei subditi.

Et se per questa via non posso haver ne castello, ne isola, al manco piacqua ala Vostra Signoria che possa haver per qualiche prexio condecenter che fusse de vestro contento; et che io potesse satisfar ala Vostra Signoria, laqual cossa lasso in eterno Dio et in Vostra justissima Signoria, che faza et delibera, quel che meglio parera ala Vostra Illustrissima Signoria.

Quod diligentes fraterne Ex. Domini sui sumus, et reperiemur semper prompti in omnibus concernentibus ejus honorem et commoda, si quid vero dubitationis, aut molestie sibi occurit, respectu Domini Turci, idquippe nobis, qui Ill. Dominationi sue plurimum affecti sumus, magnopere displicet, sed confidimus in bonitate divina et in multa virtute, sapientia et magnanimitate sua, quod quando casus ullus accideret, Excellentia Sua conservare et manutenere studebit statum suum, sicut huc usque fecit, et sicut etiam per superiora tempora progenitores sui semper fecerunt.

At quomodo idem Dominus petit a nobis aliquem locum, sive insulam sibi concedi, ut in casu opportunitatis cum filijs et suis se reducre possit: Dicimus, quod licet speremus et confidamus, quod Excellentia Sua se prevalebit et conservabit in statu suo, sicut tota mente desideramus, tamen si quod absit aliter videretur posse occurrere: erimus semper bene contenti, quod cum persona, filijs, familia et bonis suis per terras et loca nostra se reducere possit ad insulam et locum nostrum Liesne, nam semper Excellenciam Suam libenter videbimus et tractabimus.

La Vostra Illustrissima Signoria cognosce et intende ben, come pregi la Vostra Signoria che se degnasse mandar el Vostro Ambassador a gram Turco, el qual pregasse per nome de la Vestra Excellentia, che non mandasse adosso de mi tanta ira et tanto fuogo senza la mia caxon, et maximamente per compiaxer ali mei nemixi, avixando Vostra Signoria come essendo ritornati i mei Ambassadori da la Vostra Signoria me avixa come la Vostra Signoria volea mandar uno zentilhomo de Scutari per certe vestre facende, et le mie da gram Turco, donde i mei Ambassadori essendo stadi da gram Turco, non hanno trovado, ne visto, ne audido alguna cossa del supradicto zentilhomo, per la qual cossa prego la Vostra Illustrissima Signoria se al presente e per dover andar alguno vestro Ambassador verso el gram Turco, piacqua ala Vostra Signoria far avisar el gram Turco et recommendarme a lui, come som vostro bon fio, et fedel amigo et vostro citadin.

Circa partem, per quam petit, ut casu, quo missuri simus oratorem nostrum ad Turcum, sibi loqui faciamus in ejus commendationem et favorem etc. ect., Dicimus: quod ex fraterna benivolentia, quam ad Excellentiam Suam gerimus, sumus semper cupidi sibi in cunctis possibilibus satisfacere, et casu quo missuri simus Oratorem ad Turcum: habebimus memorie hanc rem suam, et libenter pro Ill. D. Sua faciemus quicquid boni possibile nobis erit.

Io som certissimo Seren. Signoria, che la V. Signoria habia intexo meglio quello che al presente notificaro ala V. S. come alguni mei fedel amixi, i qual sempre stano ala presentia de gram Turco, me hanno avixado, come ala primavera el gram Turco personalmente pensa vegnir sorra Scutari, se pora far

alcuna cossa a Scutari, et da poi passera per Centa, et vignera de longo adosso Ragusi.

Ancora Ill. S. non me lassa in reposso mai questo crudelissimo Tirano, che per ogni modo vorave haver Zazvina, et al presente me ha mandado a dimandar, digando da me Zazvina, perche voglio haver passo verso Chiervacia et verso la Dalmatia, promettendome ogni cambio, che volesse, e mi non som disposto a far, ne questa ne nessuna altra cossa senza conseio et volonta de V. S.

Pro advisationibus autem nobis datis de mala intentione et dispositione Turchi, regratiamur plurimum Ill. Domino Suo, et quomodo asserit, Turcum ipsum requirere ab eo castrum Zazvine, super qua re consilium nostrum petit; dicimus, quod cognoscimus Ill. D. Ducem Stephanum sapientissimum, nec dubitamus, quod semper vigilans et intentus erit, ad omnia que honorem et bonum statum suum concernere habeant, loquentesque fraterne cum Excellentia Sua, cupidique omnis ejus commodi, dicimus, quod judicio nostro una de principalioribus et utilioribus provisionibus ad continendam rabiem hujus hostis esset, quod inter ipsum Ducem et Regem Bossine bonam concordiam sequitetur, per quod dubitari non debet, quod prestaretur materia Turco persistendi magis in terminis suis; et hinc est, quod moti zelo caritatis et amoris nostri in ipsos Dominos, jam elegimus et cito missuri sumus ad eorum presentiam Oratorem nostrum, a quo Excellentia ejusdem Ducis, particularius intelliget optimam mentem nostram.

Ancora la Vestra Ill. S. cognosse et intende, quando chel fio de Stephano Cernoevich iera in le mie mano, et habiando melo dimandado gram Turco et Signor Despoti, mai non li vulsi consentir, ma quando la V. S. me lo domanda, io ve lo doni de bon amor, et de bona carita molto volontiera, per far cossa, che fusse grata ala V. S. Et alhora avisi Vestra S. de li suoi costumi Albaneschi; et in quella volta V. S. me impromesse seine fera alguno oltrazo, over dano de doverlo castigar in siembre cum mi, onde molte fiade io me ha lamentado de damni et oltrazi, che me ha facto, et semper la V. S. promettando de farme raxon, adesso me ha facto tanto, che

hora mai non lo posso piu soffrir, ma se io non guardasse la V. S. de mazor Vaivoda cha de Stephaniza, saverave et porave far la mia vendetta, avixando V. S. che me ha facto de gram danni, et finalmente ha mandato la sua gente, et si me ha rubado parechie persone et si la vendude in uno castello de gram Turcho, chiamado Medum.

Ad facium Vaivode Cernoich, respondemus : quod si quid per eum gestum est, quod molestum sit et damnosum prefato Ill. Domino, id profecto nobis vehementer displicet, et preter omnem mentem et intentionem nostram procedit. Scribemus itaque quamprimum, et efficaciter admonebimus ipsum Stephanum, quod ab omni innovatione desistat, et si quod damnum intullit, illud reficere debeat, et se gerere in omnibus, sicut requirunt fraternitas et bona amicitia, quam habemus cum prefato Ill. Domino Duce.

Circa domum, quam sibi emere promissimus, prefecto desiderium nostrum fuit et est in hoc libenti animo Sue Excellentie satisfacere, sed ut ipsi Sp. Oratores intelligere potuerunt propter conditiones hujus urbis nostre, non reperiuntur nisi cum maxima difficultate domus venales, maximeque de illis que Ill. Duci Stephano conveniant; sed stabimus ad hoc attenti et quamprimum fieri poterit, id valde libenter facere curabimus, interea vero sumus bene contenti, quod sicut sibi promissimus, habeat affictum domus predicte, et ita illum hic quam primum sibi dari faciemus.

Ill. Signoria, molte fiade i miei Ambassadori hanno supplicado ala V. S. per parte nostra per facto de la caxa mia, et la V. S. ogni volta ha promesso de volermela comprar, cussi prego V. S. che la mia caxa sia comprada, la qual al presente me xe de gram bixogno per fare i facti mei, azoche io podesse mandar et salvar le mie cosse in caxa mia, et che i mei servidori possa vegnir in la mia caxa propria.

Ancora piaqua intender ala V. S. de 600 Ducati doro, che dio haver da la Camera de Cataro, come apar per li privilegij de la V. Inclyta Signoria, adesso molti anni sono passadi, che io non posso haver i mei dannari contadi se non vegno pagado cum sal, de la qual sal io non posso haver mei dan-

nari contadi, siche supplico ala V. Ill. Signoria, che possa haver i mei dannari contadi.

De pecunijs, quas Excellentia Sua, ut asserit habere debet a Camera nostra Cataro, dicimus, equum et honestum esse, ut prefato Ill. Domino satisfiat, quoniam firmissima intentio nostra est, quecumque sibi promissa, integre observare et facere observari, scribemus itaque et mandabimus efficacissime Comiti Catari ut omnino tam cum pecunijs, quam cum sale provideat cum effectu, quod prefato Ill. Domino satisfiat.

El castello, che tulsi ali Hungari, chiamado Zazvina, haveva certe ville, le qual Juanis Ban et Petar Ban deti ali Polizani, e che li serva a diti Juanis et Petar Ban, cussi etiam Ill. S. i sopraditi Polizani quando havi preso el dito castello voluntariamente, volsi vegnir da mi, e se me prega, che li desi le sovradite ville, offerandose de servirme et far tuto quello, che hanno facto a Jouanis et Petar Ban, e le dicte ville io di cum quella condition, adesso lor non me pol servir et mantegnir i pacti mie, et pertanto, io termino le mie ville, et miei terreni tuor, et darli a persone, che faza el suo dover, segondo uxanza del paexe. Ancora supplico ala V. S. che li 60 Ducati, che debo haver per affìcto de la mia caxa, prego la V. Signoria, che sia dadi a questi mei Ambassador.

Ad partem villarum Castri Zazvine, quas a Polizenses rehabere velle videtur, respondemus: quod de re ista non habemus aliam informationem, sed dabimus operam intelligendi materiam istam, sitque certa Excellentia Sua, quod non vellemus unquam nisi ea, que justicie et equitati conveniant, et in his, que honeste poterimus, semper conabimur Sue Exc. complacere. Et ex nunc captum sit, quod de re ista scribatur Rectori nostro Spaleti, ut nobis veram et particularem informationem debeat circa hoc dare.

Ancora supplico a le V. S. cum sit, che una volta V. S. me habia facto gratia, che possa trar el vostre sal dé luogi et cita de vestre, pagando el sal, et li vestri Datij, segondo appar per uno privilegio, el qual have da la V. S. et io piu tosto vora dar utilita ale V. Cita, cha a le altre cita, siche prego V. S. che me sia facto una littera patente, azo non habia impago ne molestia da alguno vestro subdito.

Ad ultimam de facto salis, quem petit extrahere posse de terris et locis nostris, solvendo dacia etc. ect, justificari et honestare debeat res ista, concludendoque, quod in hoc sibi complacere non possemus, nisi cum magno damno et destructione Camerarum, introituumque nostrorum, quod ut certi sumus, Excellentia Sua videre non vellet.

+ 142 — 0 — 2.

(Velenczei állam könyv 31. l.)

46.

1460. Bécs. Bullati Kristóf jelentése a milánói fejedelemhez Mátyás király és Fridrik császár találkozásáról és béke iránti tárgyalásaikról.

Ill. et Excellentissimo Signor mio. Essendovi in continua expectatione de la venuta qua del Serenissimo Re d'Ungheria, gli zonse addi 11. del passato con piu di mille cinquecento cavalli bene in pronto, e con le squadre sue, como se fosse andato in battaglia. La Imperiale Maesta gli andol incontro, et io con essa mezo migliaro de questi e tocatesse la mane a cavallo la compagnoe ala Chiesa, deinde al lozamento suo; gli fu fatto grandissimo honore, et portate le sancte reliquie in contro fino al borgo della terra. Dopoi piu volte sono stati insieme soli loro duy senza ne Secretarj ne Consilieri sopra el tractato de asestare le loro differentie, et per doe volte sono caduti in tanta difficulta e mezo sdegno, che lo prefato Re voleva partire, pur nondimeno andando a togliere licentia da la Maesta imperiale, a quale dispiacendoli chel dovesse partire senza bona conclusione, lo invitoe, che andassero tutti doy da Monsignore de Strigonia como dal judice, e in essa per quella volta restoe, et ogni cosa procedete poi omni di meglio, siche incomenciato la reconciliazione, havea havuto bono fine, como el di sequente lo profato Re in grande secreto sue disse de bocca propria, a contentezza de V. S. Ma tractandose el facto de Panchirchier, che era qua con salvaconducto, et essendo la mazor difficolta levato sopra questa cosa, che le castelle del Cognato de esso Panchirchier, che tenne la pre-

fata imperial Maesta, questo articolo pare che habia sturbato omne cosa, non volendo la prefata Maesta restituirle, dicendo: che de trei, fra uno anno gli voleva dare el pagamento secundo le extimo de duy valenthomini. Siche standose per limitare questo articolo et essendo proprio uno mese, che lo prefato Re era stato qua, se alteroe e sdegnoe moltissimo e talmente, che andato in Consiglio del Seren. Imperatore sua Maesta absente, gli naroe, como justamente se potera doler de la tardita de essa Maesta, e anche che dovesse star tanto tempo a minimo facto como era quello, per unde dicto non potere piu expectare, subito montoe sopra una barca e per el Danubio se neandoe a Prespurch, senza dire altro ne toglier licentia de la prefata Maesta Imperiale. La quale intendendo lo repentino partire del Re, montato a cavallo gli andoe dreto, ma per lo impeto del acqua l'havea za portato zozo un bon pezzo, pur non dimeno lo Reverendissimo Legato commissionato da la prefata Imperial Maesta, gli andoe dreto per vedere, che l'accordo habia loco, richiesto pero da lo dicto Re secundo Monsignore de Strigonia me ha dicto, se spera anche se debj assestare el tutto, ma non de presente. Fra la altre loro particularitate el matrimonio era concluso, ma conditionato a questo modo, che la puta resti presso el Padre per deci anni, poi piacendo alla Imperial Maesta darglila con XXXVI milla Ducati per Dote, casu che non li denari se debbeno pagare, e havendo loco el parentato, morendo lo Serenissimo Imperatore et il figliolo lo dicto Re debba succedere in tutto el stato. Era etiando confirmato quella perpetua pace, de la quale M. Imperiale me disse, insupra concluso omnino d'andar tutti duy insieme a Nurimberga terra del imperio, circa la fine de Zugno proximo per le cose Bohemice et Turche, unde se gli trovera tutti gli Signori de Alamagna, e credesi, se gli debiano auche tractar de le altre cose.

Con bona e grata licenzia de la Imperiale Maesta, come diro, poi humilmente a V. S. visitai lo prefato S. Re, sforzandome con quelle megliore parole, che seppi hedificarlo benissimo disposto verso V. S. Sua Maesta, quanto ale cose generale, me respose, secundo quello desiderave luy stesso recordando l'amore e benevolentia, che sta fra V. S. et luy, conclu-

dendo, che sempre havera per bon amico V. S. e cha la pensasse, che mai non faria cosa gli fosse contra; ad instantia

. . . .

. . . . aux . . . .

. . . .

. . . .

. . . . . . omni modo voleva tractare et operare V. S. . . . . . . senza che io gli ne movesse parola deinde tractare . . . .

. . e del tutto mi faria advisato, dapoi havendoli parlato doe volte sopra la dicta materia da solo a solo, confortando Sua Maesta a fare uno bon concetto, che V. S. se disponera in queste cose — mirabilmente prefata Maesta piu e piu volte mando da me uno suo Secretario, quale novamente e stato in Roma in Legatione, e passato per Fiorenza cum el Magnifico Lorenzo parlo di queste cose assai, per lo quale ne fece grande instantia se la V. S. me cometera particolarita, como subito ne mandasse da luy, e me mando una lettera patente per andare securamente per lo Regno suo. Siche facilmente sono certo suo Maesta con . . . .

. . . . quanto al farlo . . . . de quello me scrive V. S. da fare con Sua Maesta per non esser qua, chel partite adi XI. del presente; si anche per intender prima la dispositione . . . .

. . . . non me e parso attentare altro maximamente sperandone pur l'acordo, per lo quale pur liberamente e cautamente se gli poteria poi attender . . . . .

. . . .

. . . .

. . . . Al ritorno mio sopra queste cose exponero a V. S. quanto occorra piu difusamente recomendandome devotissimamente a quella. Vienne XVI. Martii 1460.

Sono soprazunto letere da Prespurch, come lo Re e tanto malcontento de tale sua partita quanto potesse essere. Siche grandamente seexpecta che omne cosa habij loco.

Cristoforus de Bollatus.

(Milánói állam ltár.)

47.

1460. A velenczei tanács határozata a pápa követének a magyar- és németországi dolgok iránt adandó válasz tárgyában.

MCCCCLX. die XX. Aprilis.

Quod Magnifico Oratori Summi Pontificis Respondeatur:

Ser Franciscus Contareno
Sapiens Consilij

Quod Sanctitas Summi Pontificis ac idem Magnif. Orator potuerunt plene cognoscere fervens, optimumque propositum nostrum circa hanc sanctam expeditionem, quomodo reduximus nos ad omnia, que fieri possunt, at vero sicut Magnificentia Sua potuit etiam intelligere, res Germanie et Hungarie non sunt in illa bona dispositione, quam vellemus, immo dubitandum est, quod ex dissensionibus illarum partium expeditio terrestris protrahetur in tempus, ideoque dicimus: quod supplicare volumus B. Pontifici Maximo quod veluti communis omnium pater, solita sapientia sua advertere dignetur ad gravissima pericula, que in statu nostro maritimo contingere possent, si ante tempus apparatuum Turcus rumperet nobis bellum, propter quod summe necessarium judicamus, apud omnis demonstratio nostra ante tempus cunctis studijs fugienda sit, quomodo omnis publicatio nostra, que facile ad aures Turchi deduceretur, nihil aliud esset dicere, quam ex toto turbare optatam executionem istius sancti operis cum manifesto periculo nostri status et consequenter christianitatis, unde loquentes filiali sinceritete nostra, dicimus, quod B. Sua consvetum et pium propositum suum omni studio prosequatur in aptando et disponendo ea, que preparanda et agenda sunt, quomodo cicut continue diximus, nos sumus et semper erimus prompti et parati ad faciendum magnanime honorem et debitum nostrum et ect. del parte 26.

(A velenczei államkönyvből.)

48.

1460. A velenczei tanács határozata a Pápa követének adandó válaszra nézve a köztársasághoz érkezett török követ iránt.

Die XXI. Aprilis.

Sapientes Consilij » t. f.	Quod Oratori Summi Pontificis hic existenti dari debeat noticia de causa

adventus nuncij domini Turci ad nos et eciam succincta informatio de responso per nos sibi facto.

+ 155 — 1 — 1

(Velenczei államtanács könyvéből.)

49.

1460. Albert csanádi püspök levele a török elleni hadjárat tárgyában.

Reverendissime Pater et Domine. Mandavit mihi Vestra Reverenda D-natio, ut aliquos homines mitteremus usque ad vada Dannbii, qui veras novitates ex parte Turcorum defferrent, et non que audissent sed que vidissent dicerent. Ego satis curavi, ut paruissem mandato Rev. Dominationis V., sed ut prius scripsi, difficile fuit unicuique solicitario illac re, non propter Turcos tantum, quantum propter nostros. Misi tamen ad plura loca, quo ire potuit, et cum huc ad me revertuntur Nuntii, quibus ego satis credo, quod sero die festi Ascencionis Domini multitudo Turcorum ad vadum Danubii prope Zendrew apparuit, et ibi tentoria tam multa et ita notabilia fixerunt, ut verissime crederent aut imperatorem Turcorum personaliter, aut Bassam ibi venisse. Naves etiam ibi plures ad transfretandum comportasse. Hec nova a pluribus habui, sed inter alios, cui magis credidi, intimavit mihi quidam nobilis bone conditionis et vir dignus, cui fides adhibeatur, Nicolaus Erdody nominatus, qui cum aliis familiaribus Domini Comitis Bistriziensis fere usque ad 300 equites ad explorandum vada iverat et ita comperisse et vidissi mihi intimavit. Ita et ab aliis locis continne res defertur. Ego ita credo ea, ac quotidie videre

eos expecto, satis imperatoris ex omni parte munitio inperfecta, ut pridem scripsi defendenda. Nulla sunt puto, quod habuimus, non deficeremus, sed victualibus et armis penitus caremus. Alia non intelligo que digna scriptu censeam, nisi quod in Temesvar, Stefanus filius Por Gregorium della Bathram cepit et familiam ejus posuit in Zakaranum. Me Reverende Dominationi V. plurimum comendo, Valete. Scripsi in festo pentecostes. Anno ec MCCCCLX.

D. Vre Rev. Capellanus Albertus
Episcopus Chanadiensis.

(Milánói állam ltár. Nagyon hibás másolat.)

50.

1460. Belgrád. Nagy Simon bizonyos püspököt a töröknek Belgrád elleni készülődéséről tudósitja.

Reverendissime in Christo Pater et Domine mi honorandissime.

Jam sepius Domino Regi scripsi de adventu Turcorum et nihil credere voluit intimationibus meis. Feria tertia proxime preterita ante Dominicam Cantate, Domino Vajda Nazwdrek, Dominus Regni Rascie venerat nos et castrum attemptare, ibique in loco campestri a mane usque meridiem exercuimus actus militie, quamplures ex ipsis cadere ceperunt, unus ex ipsis incidit in captivitatem nostram, quem districte examinamus de adventu ipsorum et retulit isto modo: ut Vajda Naswelbek est castra metatus cum VIII millibus hominum Turcorum circa castrum Zarno. Hazan Bassa fuit missus ad Regem Bosnie pro eo, ut vada per Zavam ipsi Nasawtbek dare deberet, ut possit versus Sirimium et Valcho transfretare et ipsa vada sunt ei data et assignata. Nasawftbek solum expectat alium exercitum ex Chanchia venturum, qui iterum sunt 8 millia et statim transfretabit versus Sirimium. Imperator vero cum toto exercitu suo est Iskophia et iterum se proposuit contra castrum Nandoralbense, pro eo rogo Vestram Paternitatem, ut consulet ipsum Dominum Regem, qua-

tenus tempestive provideat ipsum Castrum de omnibus necessariis, quibus indiget, quia victualibus multum caret et gentes in eo maxime deficiunt propter carentiam pecuniarum. Cetera his homo meus dicet Paternitati Vestre, cui rogamus per singula fidem adhiberi. Datum in Nandoralba Sabato proximo ante Dominicam Cantate (május 4) MCCCCXL. et vigilet sua Serenitas circa Sirimium et Valcko, ne devasteiur per ipsos.

Simon Magnus Banus Machouiensis
et Capitaneus Nandoralbensis.

(Milánói állam ltár)

51.

1460. Eger. Szilágyi Mihály a pápai követet Szendrő felé lemeneteléről tudósitja és némely ügyek tárgyalására hivja.

Reverendissimo in Christo patri et Domino Domino Joanni Cardinali Sancti Angeli, Apostolice Sedis Legato, Domino et patri nostro honorando.

Reverendissime in Christo Pater et D-ne ac D-ne Pater noster honorande. Intelliximus re vera, qualiter sevissimus imperator Turcorum Crucis Christi hostis crudelissimus ad castrum Zendrew magnam copiam gentium missiset, cum quibus partes inferiores regni hic devastare ac castra confinia expugnare facere vellet, unde sciat Paternitas V. Reverendissima, quod his diebus versus ipsas partes inferiores descendimus. Vestram igitur Reverendissimam Paternitatem presentibus rogamus diligentissime, quando dignetur eadem erga nos ad castrum nostrum Beche descendere, tractaturi illic unacum Vestra Reverendissima Paternitate ea, que utilitatem ed defensionem Regni huius, imo totius Christianitatis contentare videbuntur. Datum Agrie die Dominico proximo post festum Ascensionis Domini MCCCCLX.

Michael Zilagy de Horogzeg Comes
perpetuus Bistriziensis, partiumque
Transylvanarum Gubernator.

(Milánói állam ltár.)

52.

1460. A velenczei tanács határozata a boszniai király követének a török ügyben adandó válasz tárgyában.

MCCCCLX. die decimo Novembris.

Sapientes Consilij » t. f. » Ordinum.	Quod Reverendo patri D. Episcopo None, et Collegis suis, Oratoribus Seren. Regis Bossine, qui ad presen-

tiam nostram se contulerunt et post nonnulla verba generalia declarantia Regem ipsum esse verum christi fidelem, ad has tandem particularitates devenerunt: Primo videlicet, quod propter gravissimum periculum, quod Sue Serenitati et Regno suo imminere cognoscit, contentus est, ut suscipiamus statum suum in nos, defendendo illum contra oppressiones Turcorum, quodque cum persona sua persistet ad ejus tuitionem. Secundo loco dicerunt, quod si istud non videbatur nobis agere, provideremus de stipendiarijs, ac de Salnitrio, et munitionibus, cum quibus se defendere posset. Tercio petierunt unum locum nostrum, ad quem idem Seren. Rex mittere possit uxorem et familiam suam, et similiter etiam persona sua facile compelleretur. Ultimo loco declaraverunt nobis pravum animum et pessimum dispositionem Comitis Pauli Spernaich (sic) contra nos, quodque provideamus ect. ect. Sicut per Serenissimum Dominum Ducem huic Consilio relatum est. Respondeatur:

Quod intelleximus, quantum ipsi Oratores parte Serenis. Regis Bossine nobis prudenter exposuerunt. Et quanquam nullum unquam dubium apud nos fuerit, inimo certissimum tenuerimus Serenitatem Suam fuisse semper ac continue futuram esse verum christi fidelem pergratum tamen admodum nobis fuit ab ipsis etiam Oratoribus intelligere moderna fidelissima et christianissima opera, que nobis explicaverunt, pro quibus Majestas Sua magnopere laudanda et extollenda est.

Circa partem oblationis, status sui, regratiamur plurimum Cels. Sue; nec videtur nobis honestis et decentibus causis aliud posse dicere, at vero confidimus in bonitate divina, et in multa virtute, sapientia et magnanimitate sua, quod quando

casus accideret, statum suum conservare et manutenere volet, sicut hucusque fecit et sicuti etiam per superiora tempora Serenissimi progenitores sui semper facere studuerunt.

At quoniam Majestas Sua petit a nobis salnitrium ac munitiones et ect. dicimus: fuisse semper et esse desiderium nostrum in cunctis possibilibus Serenitatis Sue complacere, sumusque bene contenti, quod de ipsis salnitrio et aliis munitionibus se fulcire possit in terris et locis nostris. Circa locum, quem petit pro reductu suo et suorum, respondemus: quod speramus et confidimus, quod Sua Majestas magnanime se prevalebit et conservabit in statu, ut tota mente cupimus, verum si, quid absit, aliter occurreret, contenti sumus ut alias diximus, quod persona Sue Serenitatis cum familia sua et bonis suis possit ad terras et loca nostra se reducere, nam semper Majestatem Suam et suos leto animo videbimus et tractabimus, et ita scribemus et mandabimus Rectoribus nostris Dalmatie, quod cum effectu facere debeant.

Ultimo agimus magnas gratias Sublimitati Sue pro advisationibus nobis datis de dispositione et animo Comitis Pauli contra nos, in qua re curabimus facere eas provisiones, quas convenire noverimus.

Et si ita opus erit, justificetur et honestetur hoc responsum nostrum illis bonis et accomodatis verbis, que Collegio videbuntur.

+ 125 — 6 — 1

(Velenczei államkönyv 24. l.)

53.

1460. A velenczei tanács határozata ugyancsak a boszniai király követének adandó válaszra nézve.

Die X. Novembris.

Sapientes Consilij
» t. f.
» Ordinum

Quod post factam responsionem per S. Dominum Ducem prefatis Oratoribus Serenissimi Regis Bossine illis bonis et accomodatis verbis, que magis utilia videbuntur,

dici eis debeat, quod cum intellexerimus inter ipsum Regem et Illustrissimum Ducem Stephanum esse certam dissensionem, libenter cuperemus, quod inter ipsos Dominos esset bona concordia, que non est dubium, multum conferret bone conservationi statuum suorum.

+ 125 — 6 — 1

(Velenczei államkönyv 24. l.)

54.

1461. A velenczei államtanács határozata Thomasi február 30. és mart. 2-án kelt követi jelentéseire, a horvátországi ügyekben adandó válasz tárgyában.

MCCCCLXI. die XIII. Martij.

Circumspecto Viro Petro Thomasio Secretario in partibus Hungarie.

Sapientes Consilij et » t. f.

Petre! Reddite sunt nobis littere tue dierum ultimi Februarij nuper decursi et secundi mensis instantis, quibus inter cetera novimus reditum Budam Regie Majestatis Hungarie, quantumque apud Serenitatem Suam in executionem mandatorum nostrorum per te actum extitit, presertim circa novitates contra subditos nostros illatas per Banum Paulum Croatie, intelleximus quoque gratum et humanissimum responsum per ejus Majestatem tibi datum in ista materia. Unde nobis persvademus, quod per accessum Nuntij, quem scripsisti nobis Serenitatem Suam mittere statuisse ad ipsum Banum, eum ab ejusmodi innovationibus debere desistere et cum nostris amicabiliter esse vicinaturum. Volumus itaque et mandamus tibi, ut operam dare debeas adeundi presentiam ipsius Serenissimi Regis, referendo sibi nostri parte gratias permultas, de quanto pro sua justicia et equitate proque affectione, quam ad nos habet, fecit in ista materia, utendoque circa hoc illis bonis et pertinentibus verbis, que tue prudentie videbuntur. Eidem autem Serenissimo Regi scribere deliberavimus per litteras alligatas, quarum exemplum ad advisamentum mittimus his impli-

citum, ipsas litteras Serenitati Sue presentabis. Scribimus quoque Magnifici Dominis Rainaldo et Joanni Vaivode Transilvano juxta commemorationem tuam, quas litteras similiter suis Illustritatibus exhibebis cum illis bonis et accomodatis verbis, que videbuntur tibi.

Intelleximus preterea, quantum scripsisti nobis, relatum tibi fuisse per illum Dominum, quem non modice reputationis esse scribis, in factis Croatie, ponende in manibus nostris per aliquod bonum medium et cetera et respondentes tibi cum nostro Consilio Rogatorum dicimus: quod si certificatus eris verba ista processisse de scitu et mente Serenissimi Regis, quomodo si aliter esset, nullo modo volumus, nec intendimus, ut verbum ullum facias de re ista. Contenti sumus et placet nobis, quod captato tempore secrete te reperias cum prefato Domino, dicendo sibi, quod ex officio et debito tuo nobis noticiam tradidisti de quanto Sua Magnificencia tibi dixit in ista materia, quodque habuisti responsum a nobis, quod regratiari debeas Dominacioni Sue, de quanto tibi proposuit, erimusque contenti, si ita placebit sibi, particularius intelligere mentem suam circa rem istam, et de quanto habebis, curabis nos quamprimum litteris tuis certiores efficere.

+ 137 — 1 — 1.

Replicate die XXVIIII. suprascripti.

(Velenczei államkönyv 39. l.)

55.

1461. A velenczei államtanács határozata Mátyás királyhoz Pál horvátországi bán iránt intézendő levél tárgyában.

MCCCCLXI. die XIII. Marcij.

Serenissimo Domino Regi Hungarie.

Sapientes Consilij et
» t. f.

Habuimus novissime litteras Circumspecti Secretarij nostri Petri Thomasij, jam pridem missi per nos ad Vestram Regiam Majestatem, nunciantes nobis, quanta humanitate cum intuitu nostro Serenitas Vestra viderit, susceperitque, ac quantum

presertim moleste tullerit, quod Banus Paulus per Celsitudinem Vestram in Croaciam missus, ad novitates illas indebitas contra nostros processerit, etenim quanquam de summa equitate et honestate, deque magna benivolentia Vostre Serenitatis in nos, nihil acceperimus novi, gratissimum tamen et jucundissimum nobis fuit, quod Nuntium suum ad Banum Paulum mittere instituerit, ut ab inhonestis modis per eum hucusque servatis abstineat, quos certissimi sumus, preter scientiam, preterque omnem mentem et intentionem Vestre Serenitatis processisse; cum enim singulari et precipuo quodam amore Illustrissimum quondam Genitorem Vestrum recolende memorie semper prosecuti fuerimus, ita et in Regiam Majestatem Vestram et omnes suos servare semper intendimus, nec dubium ullum faciemus hanc ipsam erga nos esse mentem et sententiam Celsitudinis Vestre, ut mutua hec nostra benivolentia et amicitia non solum perpetuo conservetur, sed etiam siquid superaddi possit, continue de bono in melius augeatur.

+ 137 — 1 — 1.

(Velenczei államkönyv 39. l.)

56.

1461. A velenczei államtanács határozata a Rozgony Rajnaldhoz és az erdélyi vajdához intézendő levél tárgyában.

MCCCCLXI. die XIII. Martij.

Magnifico et potenti Domino Rainoldo de Rozgon Baroni Hungarie, Amico nostro carissimo.

Sapientes Consilij et » t. f. | Nuper litteris Circumspecti Secretarij nostri Petri Thomasij, quem missimus ad Serenissimum Dominum Regem Hungarie, certiores effecti sumus, quod Magnificentia Vestra pro sua in nos affectione et benivolentia non vulgari eum continue singulari quadam humanitate et precipuisque favoribus prosecuta est, id profecto perjucundo et gratissimo animo intelleximus, proindeque Magnificentie Vestre gratias immensas habemus, cum vero dudum Magnificentiam Vestram ob ejus prestantiam, exi-

miasque virtutes syncero corde dilexerimus, offerimus nos omni tempore in cunctis concernentibus decus amplitudinem et comoda Vestre Magnificentie paratissimos.

Similes Magnifico et potenti Domino Joanni Vaivode Transilvano.

+ 137 — 1 — 1.

(Velenczei államkönyv 39. l.)

57.

1461. A velenczei államtanács határozata az elholt boszniai király fiához küldendő követség tárgyában.

MCCCCLXI. die XX. Augusti.

Sapientes Consilij
» t. f. et
» Ordinum

Quemadmodum notum est, Serenisimus Rex Bossine anteactis diebus ab humanis subtractus est, et ejus loco successit filius suus Rex regni illius, et considerata vetera amicitia et benivolentia quam semper habuimus cum ipso Rege et progenitoribus suis, et ex omni alio bono respectu honori et officio nostro conveniat mittere unum Oratorem nostrum ad prefatum novum Regem, tum ut indoleamus de morte patris, tum etiam congratulemur, quod assumptus sit in Regem regni ejusdem et ect. Propterea vadit pars: Quod per scruptinium in Collegio ad bussulos et ballotas elligi debeat unus noster nobilis Orator ad dictum Regem, cum illa commissione circa effectum predictum, que videbitur ipsi Collegio.

+ 118 — 3 — 0.

(Velenczei államkönyv 54. l.)

58.

1461. A velenczei államtanács határozata István szent seböki fejedelem követének adandó válasz tárgyában.

MCCCCLXI. die XX. Augusti.

Sapientes Consilij
» t. f. et
» Ordinum

Quod Spectabili Oratori Ill. Ducis Stefani Sancti Save, qui ad presentiam nostram se contulit et oretenus explicavit ac etiam in scriptis exhibuit, quantum huic Consilio notum est; respondeatur:

Quod pro his, que nomine Illustrissimi Domini sui fraterne et affectuose comunicavit nobiscum, plurimum sibi regratiamur, sique Illustrissimus ejus filius quicquam fecit, quod molestum fuerit eidem Domino Duci, id profecto jure fraternitatis et amicitie nostre nobis displicet; laudamusque Excellentiam Suam pro quanto in materia ista prudenter fecit, et certi reddimur, quod filius suus sibi obediens esse volet, et a mandatis paternis non discedet, et cum nostris bene et quiete vicinare volet.

Circa domum, quam petit, profecto desiderium nostrum fuit, et est Excellentie Sue libenti animo satisfacere, sed ut idem Spectabilis Orator potuit intelligere et videre, propter conditiones hujus urbis nostre non reperiuntur, nisi cum maxima difficultate domus venales, et maxime de illis que Ill. Domino suo conveniant, sed stabimus ad hoc attenti, et quamprimum fieri poterit, id libenter facere curabimus, interea vero sumus bene contenti, quod sicut sibi promisimus, habeat affictum domus predicte, et ita illum hic quamprimum sibi dari faciemus.

Ad partem tangentem Bannum Paulum Croatie, dicimus: quod intelleximus, quantum Excellentia Ducis Stefani fraterne dici nobis fecit, estque rei veritas, quod idem Bannus est homo scandalosus et illius conditionis, quam Dominus suus esserit, quomodo postquam venit in Crovatiam, nunquam cessavit molestare et inquietare Dominos circumstantes et vicinos suos, pro nunc vero ex his, que nobis occurrunt, non videmus, quid dicere possimus; sed bene certum esse volumus prefatum

Dominum Ducem, quod cum sibi affecti sumus, eumque reputemus carrissimum fratrem nostrum, de omni exaltatione et felicitate sua semper erimus bene contenti.

Pro advisatione autem nobis data de praticis, quas prefatus Dominus Dux habet cum illo Capitaneo Turco: qui dominatur in partibus Servie, regratiamur similiter Excellentie Sue, et laudamus modos per eam prudentissime servatos cum ipso Turco ex rationibus et respectibus per Illustrissimam Dominacionem Suam commemoratis, et demum sumus semper prompti ad omnia concernentia honorem et beneplacita Excellentie Sue.

+ 123 — 2 — 5.

(Velenczei államkönyv 55. l.)

59.

1461. A velenczei államtanács határozata a spalatói grófnak adandó válasz tárgyában, a Pál bán ügyében eszélyt ajánlva és a Clissa iránti tervvel felhagyva.

MCCCCLXI. die XVIII. Augusti.

Comiti Spaleti.

Sapientes Consilij
» t. f.
» Ordinum

Redite sunt nobis littere vestre dierum XIIII. et XV. presentis, quibus intelliximus novitates, que inferri velle videntur Banno Paulo Croatie per illos, de quibus agitis in vestris litteris mentionem, intelleximus etiam quantum scribitis de bona mente, quam idem Bannus vobis dici fecit erga nos habere, quantum etiam in factis Clisse significastis nobis, optime intelleximus, laudantesque et commendantes solitam prudentiam et diligentiam vestram, cum nostro Consilio Rogatorum respondemus vobis, quod cognoscentes factum Clisse, quemadmodum et vos scribitis importare ad bonum statum nostrum in partibus illis, contenti sumus et volumus, quod si idem Bannus vel per medium Reverendissimi Domini Archiepiscopi illius Civitatis vel aliter quicquam vobis promoveri fecisset, aut in futurum promoveri faceret, de re ista huic materie aures por-

rigatis et intelligatis, quicquid vobis dici voluerit, dando nobis immediate distinctam et particularem informationem, de quanto habebitis, ut exinde respondere vobis possimus, quantum nobis videbitur.

Bene autem declaramus et mandamus vobis, quod si nihil vobis promotum fuisset, seu in futurum non promoveretur de hoc facto Clisse, vos quoque bonis et honestis respectibus nihil in hoc tentetis, nec promoveatis seu tentari et promoveri sinatis, quia sic est prorsus nostra intentio. Sed de his, que dietim occurrent in partibus illis, curiosus eritis crebris litteris vestris nos certiores efficere.

+ 115 — 16 — 2.

(Velenczei államkönyv 55. l.)

60.

1461. A velenczei államtanács határozata az István fejedelem követének a Pál horvátországi bánnali ellenségeskedés iránt adandó válasz tárgyában.

MCCCCLXI. die XI. Septembris.

Sapientes Consilij
» t. f.
» Ordinum

Inter cetera his diebus captum fuit in hoc Consilio, quod in facto Clisse responderetur Oratori Ducis Stephani, qui bellum gerere querit Banno Paulo Croatie, quod nos essemus semper contenti de omni prosperitate sua, et quomodo post ipsam deliberationem res multum variate sunt, sicut ex litteris Comitum Spaleti et Sibenici habetur, unde non facit pro nostro Dominio respondere Oratori Ducis Stephani in forma predicta, quomodo videremur esse contenti, quod acquireret Clissam, que statui nostro illarum partium multum importat, propterea vadit pars:

Quod prefato Oratori, cui nondum factum fuit responsum predictum, circa factum Clisse respondeatur, quod licet cognoscamus Bannum Paulam illius conditionis, quam dixit nobis, tamen commemorare volumus eidem Oratori, quod ut credimus, etiam notum esset Ill. Domino Suo, locus Clisse fuit

noster, seu recommendati nostri, et in eo pretendimus Jus habere, licet per Comitem Paulum fuerit occupatus: ideoque hortamur et rogamus prefatum Illustrissimum Ducem, ut contra dictum locum Clisse aliam innovationem facere non velit, tam ex his que diximus, quam ex omni alio bono respectu.

+ 116 — 3 — 5.

(Velenczei államkönyv 57. l.)

61.

1461. Pál horvátországi bán követének a velenczei köztársasághoz intézett kérelmi pontjai.

MCCCCLXI. die VI. Octobris.

Hec sunct Capitula porrecta per Oratores Banni Pauli Sperancich Croatie et ect.

El Signor Ban da noticia ala Serenita Vostra, che ha commandamento dal Suo Signor Re de Hungaria, chel debia haver bona visinanza, amicitia con la Signoria Vostra, et el dicto Signor Ban se offere in tuto observare la commission del Suo Signor, et ultra se offerisse esser servidor dequella, dummodo el non sia contra lhonor de la Corona de Hungaria toto posse.

Secundo, domanda el dito Signor Ban, che la Signoria Vostra el togli in protection et custodia sua con la persona et con el Dominio Suo, et maxime i castelli de Clissa et Ostroviza con le suo pertinentie, perche quelli sono piu proxime ale terre de la Signoria Vostra.

Tercio domanda el dicto Ban se el fosse qualche differentie, over novitade, che fusse facte per i Rectori, over subditi de la Signoria Vostra over per li Banni passadi, over per lor subditi, che se possa riveder per boni homeni de una parte et de laltra et achonzarle et finirle ordine juris, azoche una parte elaltra possa haver la sua Jurisdiction amicabiliter et benigne.

Quarto domanda el dicto Ban, che la Signoria Vostra lo sovegni, de qual longo i piaxe de arme, ballestre, polvere de bom-

barda, saitamenti et altre cosse necessarie ad suam defensionem, si per la amicitia, che la ha con la Corona de Hungaria, chome etiam perche el dicto Ban se offerisse et obliga far altratanto al incontro per la Signoria Vostra, che sia a satisfaction de lo adjuto el ricevera da quella, et che la çommandi ali suo Rectori de Dalmatia, che lo sovegni bisognandoli de arme et victualie per i suo denari.

(Velenczei államkönyv 60. l.)

62.

1461. A velenczei államtanács határozata a Pál bán követe által előterjesztett pontokra adandó válasz tárgyában.

MCCCCLXI. die VI. Octobris.

Sapientes Consilij
» t. f.
» Ordinum

Quod ad Capitula per Sp. Oratores Magnifici Banni Pauli Sperancich Croatie et ect. porrecta, respondeatur: et primo ad primum mandatum, quod dicunt Dominum suum a Serenissimo Rege Hungarie habuisse de bona vicinitate cum subditis nostris servanda, nostro Dominio novum minime visum fuisse ob mutuam benivolentiam, quam Dominatio Vestra cum Serenissimis predecessoribus suis habuit et cum Sua Serenitate habet, et habere disponit, rectoresque omnes nostros in mandatis a nostro Dominio habere, itidem erga subditos Sue Serenitatis servare pro conservatione ejusdem veteris benevolentie, de oblatione autem sue Magnificencie ei gratias agimus, ipsam certificantes Dominationem Vestram, nihil ab ipso Domino Banno velle, nisi quod honestum et conveniens sit.

\+ 137 — 0 — 1 ballotatum primo.

3. Sapientes Consilij
1. » t. f.

Ad secundum, quod existentibus locis Clissij et Ostrovize intermino, quo sunt, non videmus, quomodo loca ipsa in protectionem honeste accipere possimus, verum si circa locum Clissij aliquid aliud nobis memoraretur, quod honeste et convenienter per nos fieri posset, quodque utriusque nostrum commodum et utilitatem respicere habeat, optime semper dispositi et inclinati reperiemur.

— 20,

2. Sapientes Consilis 2. » t. f. 3. » Ordinum	Volunt suprascriptum capitulum in toto et per totum, preterquam in hoc loco, ubi dicitur de solo loco Clisij

dicatur verum, si circa eadem loca Clisij et Ostrovize aliquid aliud nobis memoraretur et ect.

De parte 104. Capta.

Ser. Jacobus Barbaro Sapiens Ordinum	Vult, quod respondeatur ad secundum, Dominationem nostram

bonam pacem et amicitiam habere cum Serenissimo Domino suo Rege Hungarie, intendereque eam cum sua Serenitate, cum ipso Banno et omnibus alijs servare, nec nobis honestum videri ob conditiones temporum et rerum loca Clissij et Ostrovize in protectionem accipere, verum conservàtionem status sui cupientes, quia deliberaveramus Oratorem nostrum de proxime ad Serenissimum Regem Bossine mittere, qui Dominij nostri nomine de obitu patris sui condolerit, ac de Sue Serenitatis succesione congratularetur, ipsum ob hoc citiusex pedimus, et tam cum ipso Serenissimo Rege Bossine mittere, quam Ill. Ducha Stephano quicquid boni nobis possibile fuerit, fieri faciemus pro componimento differentiarum et discordiarum suarum. Verum si hujusmodi Oratoris nostri interpositio eis non placeret, et circa loca Clisij et Ostrovize aliquid aliud ab eis memoraretur, quid honeste per nos fieri posset, quidque ad commodum, utilitatemque utriusque nostrum redundare posse videretur, non dissentiemus a rebus convenientibus et honestis. Et si hujusmodi pars capta fuerit, fiat subito scrutinium in hoc Consilio, et eligatur unus Orator ad suprascriptum Serenissimum Regem Bossine.

\+ 6 — 6 — 7

Sapientes omnes supra scripti	Ad tercium, Dominationem

nostram non intelligere differentiam aliquam ad presens esse, nec de jure esse posse, cum saline et alie jurisditiones, de quibus superioribus mensibus controversia erat, postquam civitas Spaleti sub ditione nostri Dominij pervenit, pacifice et sine ullius molestatione possesse fuerunt, ideo non esse opus aliquibus

compositoribus, quomodo tanquam res nostras ab eo tempore usque ad presens juridice possessas penitus tenere intendimus.

Ad quartum. Dominationem nostram ad Civitates et loca sua Dalmatie munitiones misisse et mittere pro munitione eorum, non esseque possibile eis inde satisfacere, verum si ex hac nostra Venetiarum Civitate munitiones aliquas extrahere voluerint, erimus contenti, quod eas emere et extrahere possint.

Postremo, ab ipsis oratoribus petatur, quod due ville per ipsum Bannum occupate jurisditionis civitatis nostre Sibinici, in una quarum erat quondam castellum unum, quo multe novitates ipsi civitati nostre inferrebantur, sub illius jurisditione permaneant, ac restituantur fidelissimo nostro Gaspari Jurisich, cujus sunt.

Insuper petatur restitutio villarum fidelissimi nostri Hemanuelis Caloti, per ipsum Bannum in debite occupatarum

Preterea petatur relaxatio captivorum de Poliza, per ipsum Bannum retentorum, pro conservatione amicitie et bone vicinitatis nostre.

\+ 107 — 2 — 1.

(Velenczei államkönyv 59. l.)

63.

1461. A velenczei államtanács határozata Thomasi magyarországi követe részére a török ügyben, tartván Mátyás királynak a törökkel békére való lépésétől.

MCCCCLXI. die XXVI. Octobris.

Circumspecto et prudenti viro Petro Thomasis Secretario nostro in Hungaria.

Sapientes Consilij et » t. f.	Ex his, que nuper ad nostri noticiam pervenerunt, intelleximus Impe-

ratorem Turchorum, qui cum exercitu suo anno isto in Asiam se contulit, post expugnationem et occupationem Castamene et Sinope, fugasse etiam Ussonum-Cassanum, subindeque subegisse Imperatorem Trapesunde quem cum ingenti numero

captivorum Constantinopolim miserat. At quomodo verisimiliter tenendum est, attentis insolentissimis conditionibus et perfidia hostis istius, quod expeditis a rebus illis Asia vires suas in Europam contra christianos dirigere cogitabit, scribendas has nostras ad te duximus, volentes, quod des operam adeundi quamprimum presentiam Regie Majestatis Hungarie, commemorando sibi nostri parte nova predicta, de quibus tamen ante hac Serenitas Sua potuit informari. Que cum ad comunem salutem totius christiane religionis importare plurimum videantur, tenemus a christianis principibus multum consideranda et magnificienda esse; Romano autem Pontifice de his rebus per efficaces litteras nostras quamprimum noticiam dedimus, nec dubitamus Beatitudinem Suam his rebus quam citissime provisuram esse, factique sumus certiores Sanctitatem Suam jam misisse Legatum suum ad Serenissimum Dominum Franchorum Regem specialiter ob hanc causam Turchorum, ut potenti manu sue perfidie occurratur, id ipsum quoque et nos apud ipsam Regiam Majestatem fieri jussimus per Oratores nostros jam missos ad presentiam Sue Serenitatis, speramusque et in divina bonitate confidimus res Christianorum adversus hunc crucis hostem feliciter successuras, pro qua re nihil de possibilibus ommissuri sumus, et de quanto habebis ab Majestate Sua distincte et particulariter per litteras tuas cifratas nos certiores quamprimum facere studebis; verum si forte sentires prefatum Regem ad concordiam devenisse cum Turco, eo casu volumus, quod nihil de presentis dicere debeas Serenitati Sue, sed de quanto habebis, nos subito advisabis. Presentes littere nostre scribantur in cifra eidem Secretario nostro et per fidum et celerem Nuncium indilate mittantur.

Interim vero dicimus, quod si placebit Majestati Sue, gratum admodum nobis erit, cogitamina et mentem Sue Serenitatis intelligere et quid sibi comunicandam nobiscum videretur pro comunibus periculis evitandis.

\+ 178 — 1 — 1.

(Velenczei államkönyv 65. l.)

64.

1461. A velenczei államtanács határozata Spalato grófjának Clissát és Osztroviczát illetőleg irandó válasz tárgyában.

MCCCCLXI. die quinto Novembris.

1. Sapiens t. f. 2. Sapientes Ordinnm	Quod scribatur Comiti Spaleti in hac forma:

Credimus vos non latere, superiori tempore fuisse ad presentiam nostri Dominij Oratores Magnifici Comitis Banni Pauli, inter cetera requirentes, ut prefatum Bannum Dominium Suum et ejus statum in protectione nostra accipere et habere vellemus, quibus tunc respondimus, quod hoc facere non poteramus certis justis et honestis respectibus, sed si circa loca Clisse et Ostrovize aliquid nobis commemoraretur, quod utrique nostrum conveniret, id libenter audiremus, nunc autem vobis scribere instituimus cum Consilio nostro Rogatorum mandantes, quod illis modis, qui ad conducendam rem vobis convenientiores videbuntur, operam dare debeatis, si locus Clisse aut libere aut precio, aut aliquo contracambio in ditionem nostri Dominij haberi possit, illum accipiatis, pro quo incipiendo a minori quantitate contenti essemus expendere usque ad summam Ducatorum V m. in VI m. Quam practicam inire debeatis, ut prediximus illo cautiori modo, qui possibilis fuerit, et de his, que de tempore in tempus facere poteritis, nos vestris litteris certiorare debeatis.

Similiterque scribatur Rectoribus nostris Jadre pro loco Ostroviza, dicendo tamen de Ducatis III. in IIII.

De parte — 61 — 78.

Serenissime Paulus Maurocenus Sap. t. f.	Quoniam conditio locorum Clissie, et Ostrovize tutele Civitatum et loco-

rum nostrorum Dalmatie plurimum confert, vadit pars: quod significetur Rectori nostro Spaleti petitio Oratorum Banni, et responsio per nos eis facta, cui scribatur in hac forma:

Vidimus litteras vestras, quibus nobis scripsistis, Rectores Banni vobiss ignificasse, in mandatis habuisse vobis consignandorum locorum Clissie et Ostrovize, casu quo viderent ea tenere non posse, quibus intellectis, considerataque importantia ipsorum locorum statui nostro, vobis cum nostro Consilio Rogatorum mandamus, quod si videretis loca ipsa a prefato Banno seu a comissis suis habere posse, sive precio usque summam Ducatorum V. m. in VI. m. pro Clissia, pro Ostroviza vero usque summam Ducatorum II. m. in III. m. sive in depositum, erimus contenti illa accipere; verum si adhibita per vos omni diligentia his modis nihil proficere possetis, et videretis eos cupere, ut ipsa in nostram protectionem acciperemus, sumus contenti, ne in sinistrum vadant cum periculo status nostri, quod illa in protectionem nostro nomine suscipiatis, quemadmodum alias suscepimus locum Clissie.

\+ 37 — 30 — 18 — — 13 — 26.

(Velenczei államkönyv 66. l.)

— —

65.

1461. A boszniai királynak a velenczei köztársasághoz intézett kérelmi pontjai.

Capitula Serenissimi et Excellentissimi Domine Regis Bossine, porrecta per Magnificum Oratorem Sue Serenissime Majestatis Illustrissimo Dominio Venetiarum, de quibus expositione per ejus Megnificenciam oretenus facta, Illustrissimum Dominium prefatum debet esse optime et particulariter informatum. Et primo.

Petit et requirit idem Serenissimus Dominus Rex Bossine per Illustrissimum Dominium antedictum creari Nobilis Venetiarum, et de numero nobilium suorum et sui majoris Consilij, ut intelligatur et cognoscatur ubique amor et sinceritas Sue Serenissime Majestatis ad hoc Illustrissimum Dominium, quod licet Rex sit, cupiat, et velit esse de numero nobilium suorum, et per consequens hic Illustrissimus Senatus magis

decoretur et honoretur ex aggregatione et consortio Sue Majestatis, quod si, ut facillime confidit, consequetur, fiat sibi privilegium in opportuna et honorabili forma communitum et bullatum, sicut fuerit opportunum.

Item petit prefatus Serenissimus Dominus Rex, ab ipso Illustrissimo Dominio habere unam domum in hac Civitate Venetiarum, honorabilem et condignam Sue Majestati, de qua fiat opportuna et effectualis provisio, et de illa habeat privilegium bullatum in opportuna forma, inquo multo plus magnifacit liberalitatem et munificentiam Illustrissimi Dominii predicti et reputationem, quod toti mundo innotescat maxima ejus benivolentia erga Suam Majestatem, quam precium domus ipsius, cum Dei mercede potentissimus sit, ad emendum unam domum et etiam longe majora.

Item similiter petit idem Serenissimus Dominus Rex unam aliam domum in Civitate Jadre, Sue Serenitati condecentem, gratiose concedi et elargiri per ipsum Illustrissimum Dominium, de qua fiat privilegium bullatum in forma convenienti, licet de hoc is Magnificus Domine Orator in ejus expositione oretenus facta coram Illustrissimo Dominio predicto ex pura oblivione nullam fecerit mentionem.

Item petit, prelibatus Serenissimus Dominus Rex providere per Illustrissimum Dominium antedictum de ballistrarijs et sclopeterijs ejus Majestati casu, quo exigeret necessitas et opportunitas, quid opprimeretur a Turco, ut cum balistrarijs et sclopeterijs ipsis oppida et fortilicia Sue Serenitatis munire possit, et se et statum suum conservare contra potentiam et invasionem Teucri, in quo idem Illustrissimum Dominium facere contentetur sicut faceret pro ejus locis proprijs, et eorum defensione, cum presertim idem Serenissimus Dominus Rex ex nunc se offerat similiter facere erga Illustrissimum Dominium antedictam, in his omnibus, que Sue Serenissime Majestati possibilia essent, non aliter, quam pro se et Regno, ac statu suo proprio.

Item petit Serenissimus Dominus Rex prefatus, quod casu, quo ejus Majestas a Teucro opprimeretur et viribus Sue Serenitatis et Illustrissimi Dominij sepedicti, ac aliorum resistere non posset, ita quod, Regnum suum, quod Deus avertat, ammitteret,

Illustrissimum Dominium predictum de uno ex castris suis in his partibus providere velit Sue Majestati, ac provisione pecuniaria condecentibus ejus Serenissime Majestati pro se et Curia sua usque, quo juvante altissimo et validis operibus christianorum ad ejus regnum et statum restitueretur.

Item petit predictus Serenissimus Dominus Rex, sicut superioribus temporibus vivente felicis recordationis Serenissimo D. Rege Thoma ejus patre per Illustrissimum Dominium jam dictum, concessum et promissum fuit, quod casu, quo Sua Serenitas deliberaret in Bannatu Croatie recuperare et obtinere aliquod castrum vel locum Bani Pauli, quod id sibi plene liceat, et quod Illustrissimum Dominium predictum non det vel dari permittat aliquod subsidium ipsi Banno de ballistrarijs, munitionibus, victualibus et alijs, quodque si in terris et locis ejusdem Illustrissimi Dominij fugerent de subditis ejusdem Banni, non recipiantur, contentatur tamen is Serenissimus Dominus Rex, quod de omnibus locis predictis acquirendis Illustrissimum Dominium prefatum non aliter facere possit,quam de omnibus alijs locis Sue Serenissime Majestatis

Item petit, idem Serenissimus Dominus Rex, quod Illustrissimum Dominium antedictum contentetur per suas humanissimas litteras regratiari Illustrissimo D. Duci Stephano pro pace inea cum Serenissimo D. Rege Bossine antedicto, quodque hortetur ipsum ad perseverandum in ea et denique ostendat pacem et concordiam ipsam gratissimam habuisse, cupereque majorem in modum illam fore perpetuis temporibus duraturam.

Ultimo denotat is Magnificus Orator, Serenissimum Dominum Regem Bossine prefatum coronatum fuisse de Regno suo predicto, libero omnium suorum Principum et Dominorum Regni ipsius consensu, maximoque applausu et alacritate, sicut etiam ejus relatione oretenus facta coram Illustrissimo Dominio antedicto plenius denotavit, quid intelligere potest ipsum Illustrissimum Dominum sibi significari parte prefati Serenissimi D. Regis, tanquam ad fratrem carissimum et amantissimum cum toto Regno et statu suo ad honorem et statum Illustrissimi Dominij sepedicti.

(Velenczei államkönyv 69. l.)

66.

1461. A velenczei államtanács határozata a bosznia király több rendbeli kérelmére adandó válasz tárgyában.

MCCCCLXI. die primo Decembris.

Sapientes Consilij » t. f. et » Ordinum	Quod Spectabili Oratori Serenissimi Regis Bossine, qui nuper ad presentiam nostram se contulit, et tam ore-

tenus, quam per scripturam explicavit et porrexit nobis capitula lecta huic Consilio, respondeatur:

Quod gratissimo animo intelleximus, quantum Spectabilitas Sua tam oretenus, quam in scriptis parte Serenissimi Domini sui Regis explicavit nobis, cum enim Majestati Sue plurimum affecti sumus, sicuti etiam semper fuimus erga Serenissimos condam genitorem et predecessores suos, certum eum esse volumus, quod sumus, reperiemurque semper cupidi in cunctis possibilibus Sue Celsitudini complacere et circa partem, per quam petit assummi in numero nobilium nostrorum, dicimus, quod sequi intendentes hoc sincerissimum propositum nostrum in signum et demonstrationem amoris nostri in eum, contenti sumus habere et recipere Serenitatem Suam in consortio Nobilium nostrorum, et ad ejus libitum ei fieri facere privilegium suum in ampla et honorabili forma, sicut Celsitudinem Suam decet.

De Domo, quam petit in hac Urbe nostra, vellemus Majestati Sue satisfacere posse, sed ut optime videri et sciri potest, cum maxima difficultate hic reperiuntur domus venales, ymo ut verius loquamur, haberi non possunt, maximeque de illis, que digne sint, et alicujus conditionis, ideoque rogamus Celsitudinem Suam, ut in hoc nos supportatos habere velit.

Et quomodo petit etiam per nos sibi donari unam domum in Jadra, facti sumus certiores, non esse in Jadra domos, que conveniant dignitati et honori Majestatis Sue, unde in hanc etiam habere nos potest merito excusatos.

Ad partem balistrariorum et sclopteriorum, qui petuntur, casu, quo status prefati Serenissimi Regis opprimeretur a Turco, respondemus: Quod licet pro multa virtute et magnanimitate Majestatis Sue ac pro situ passibus et conditionibus locorum et territoriorum suorum speremus ac teneamus attenta etiam conjunctione et bona unione facta cum Illustrissimo Domino Duce Stefano, quod in omnem casum potenter et unitis viribus prevalere se potuerunt contra Turcum, statumque suum conservare. Advisamus tamen ipsum Spectabilem Oratorem, quod sicuti etiam aliunde scire potuit, principes et potentie christiane jam excitantur, et disponuntur ad procedendum potenti mani contra Turcum, et nos quoque pro parte nostra honorem Dei et comune bonum christianitatis facere intendimus non, parcendo periculis nec expensis, et ultra quod in satisfactionem prefati Serenissimi Regis sumus bene contenti, quod pro defensione status sui contra Turcum accipere et habere possit de terris et locis nostris de ballistrarijs, sclopeterijs et muntionibus pro pecunijs suis, dicimus etiam, quod si videbimus in opportunitatibus Majestatis Sue prestare sibi favores nostros, id semper libenter faciemus, quomodo et honorem suum et commodi sui status, ut propria nostra desideramus.

In facto loci, quem petit sibi concedi in terris nostris pro reductu suo et suorum, si — quod absit — per Turcum pulsus esset et ect. Respondemus: quod confidimus prout, diximus in divina clementia et in virtute et potentia sua et aliorum predictorum, quod ea susistere nunquam occurret, immo tenemus, quod se prevalebit, ut tota mente cupimus, et quod statum et gloriam suam de bono in melius ampliabit; sed nihilominus, ut Serenitas Sua intelligat affectionem et optimam mentem nostram, dicimus: quod si forte casus iste eveniret, contenti erimus, quod persona Sua Serenitatis cum familia, rebus et bonis suis et suorum ad terras et loca nostra se reducere possit. Nam semper Majestatem suam et suos leto animo videbimus, honorificeque tractabimus et in cunctis que a nobis fieri poterunt, sibi fraterne complacere curabimus.

De Bano Paulo Croatie, contra quem Regia Majestas guerram movit, dicimus, quod in ejus contemplatione ab amo-

rem, quem sibi gerimus, de ipso Banno et locis suis nos non impedivimus, nec volumus impedire, sed solum de duobus locis, videlicet de Ostroviza, que ut notissimum est, alias nostra fuit et in ea jus plenum habere pretendimus, et de Clissa, que fuit in protectione nostra et recommendati nostri, dicimus, quod rogamás Exellentiam Suam, ut pro honore nostro de his duobus locis se impedire non velit, de alijs vero faciat, ut ei libet.

Preterea juxta requisitionem ejusdem Serenissimi Regis sumus bene contenti per litteras nostras scribere et agere gratias Illustrissimo Duci Stefano pro pace inita cum Majestate Regis ejusdem, hortarique eum affectuose ad perseverandum et ect. Nam profecto pro magna benivolentia nostra in ambos ipsos Dominos concordiam suam gratissimam habuimus, quandoque sentiebamus oppositum, id quippe molestissimam nobis erit, et ob id solum ante hanc eorum pacem certificamus Serenitatem Suam, quod elegeramus legationem nostram mittendam ad ipsos Dominos, ut ex latere nostro nihil pretermitteremus pro pace predicta.

Ultimo loco dicimus, quod de assumptione et Coronatione prefati Serenissimi Regis pacifica comunique omnium Baronum et aliorum consensu facta, tantum congratulamur cum Celsitudine Sua, quantum possumus pro sincerissima caritate et amore nostro, ut Majestatem Suam, cujus honorem, amplitudinem et commoda videre semper desideramus.

+ 136 — 28 — 14.

(Velenczei államkönyv 69. l.)

67.

1461. István herczeg kérelmei és jelentése a velenczei köztársasághoz dalmát—boszniai ügyekben.

MCCCCLXI. die I. Decembris.

Ambassàta de lo Illustrissimo Ducha Stefano etc. ect.

Serenissimo Principe et Excellsa Signoria el vestro como bon fratello Ducha Stefano de Bossina notifica a quella, chomo da puo la morte del Re da Bossina, el suo figlio Stephano tolse la mia figlia, olim moglier del Re prefato passato per sua madre, possa mando da mi li soi Ambassadori, che io volesse far paxe con luj, io justa la bonta haveva verso la mia figlia li fece la paxe, e si li manda el Conte Vilaticho mio figlio conli altri Baroni per incoronarlo, per tanto prego la Signoria Vestra vogliare esser contenti de tanta pace, per tanto prego la Illustrissima Signoria Vostra, li voglia concedere quello domandera per mio amore, e a mi sera cossa gratissima, e meglio sara habiate a Vostri commandi dui, che uno.

Item notificio ala Signoria Vostra, chomo etiam credo, saprate, che dapuo che el gran Turcho aquisto tuta la Servia, ando verso Trabesonda e Sinopoli, et ha aquista quello paexe, etiam ha facto paxe con el Re da Ungaria secondo sentiamo. Non penso al presente altro, se non che vegna verso nuj, per tanto se provedemo con Dio et li amici, impertanto prego la prefata Signoria Vostra me concediate tanti ballestrieri e schiopeteri, quanto piace a quella, al pagamento parte de nuj et parte de la Signoria Vostra, secondo a quella piacera per guardia de li mei castelli. Aviso etiam ala Signoria Vostra, che el gran Turcho ha mazor paura de quella, che tutti christiani pertanto se di novo voglito fare pace con quella, prego me vojate mettere con vuj, como vostro bono fratello et citadino.

Item altre volte ho domandato per mei Ambassadori, che la Illustrissima Signoria Vostra se degni concedermi alguni castelli, unde me possa ridure, se per fortuna o per mei pecati fosse expulso del mio paexe; etiam di novo supplico a

quella, se degni concedermi questo como a suo bono fratello per fina, che Dio provedera meglio, etiam me guardi da quello da tanto inconveniente.

Item notifico ala Signoria Vostra, chomo l'anno passato el gran Turcho me vene adosso con suo exercito, io manda dal Re de Hungaria Mathias me desse adjuto, me rispoxe non potera, perche era in Boemia con suo exercito, e cussi luj commando a Ban Paval de Crovatia, che in persona con suo exercito me desse soccorso. El me rispoxe, che non havera tante persone bastasse per mio soccorso, et che li desse dennari azo potesse asoldare homenj. Io li deti Ducati tre millia, vegnando lo exercito del Turcho per el mio paexe, non me dete soccorso alguno, per la qual cossa me fo necessario fare paxe, e con grande mio danno, perche li deti ducati XL millia ultra la preda, che meno con luj, etiam el predicto Ban Paval in la morte del Re Thomaxo involo uno castello al Re Stefano de Bossina, io me lamenta al Re Mathias de lo inganno me havea facto, me rispose, vuj seti la appresso pagatevi al meglio, che potete. La inimicitia habia con la Signoria Vostra non voglio dir nulla, ma voglio li conti in quelle parte de Dalmatia, faza testimonianza, impertanto prego etiam la Signoria Vostra, me concedeti ballestrieri, azo possa vendicare del vostro inimico e mio, et prego li soi homeni non sia ricevuti in le vostre terre, et che non li date vituarie ne soccorso a soi castelli.

Item sa la Illustrima Signoria Vostra, chome io feci el mio castello novo da consentimento dequella, acade che le vostre nave per furtuna o per altro arriva in boccha de Cattaro, vane li mei mercadanti per comprare lane o altre cosse, li quali non i ne vogliono vendere, digando, che non hanno licentia da la Signoria, pertanto prego la prefata Signoria Vostra me concediate gratia, possano comprare, e sopra de questo me dia una littera aperta con la bolla vostra pendente.

Item adviso la Illustrissima Signoria, chomo el mio Ambassadore Conte Previslavo e mio Camerlengo, el qual manda per el fato de Ban Paval, me ha scripto la risposta, li fece la Signoria Vostra, la quale ho molto ben intexo, e assai me son meravigliato, perche non expectava simile risposta, specialmente

de castello de Clis, unde dite che Chis Paval la a recommanda ala Signoria Vostra, de che sapiando, che sia vostro, non voglia Dio li faza dispiacere alguno, ma anzi li faria piacere, como a cossa mia, perche le mie cosse son vostre, e le vostre reputo siano mie, ma perche la trovato in le man de Ban Paval, io gli ho facto guerra como a vostro inimico e mio, como li vostri Rectori de Dalmatia sanno. E cussi prego la prefata Signoria Vostra, sia contenta li faza guerra, como a vostro inimico e mio, e cussi io per via del Re de Hungaria et per ogni altro modo cercharo de havere il predicto castello de Clis, impertanto etiam prego, non li dati soccorso ne adjuto. E vogliando Dio habia el predicto castello sara a vostra piacere, como sono tuti li altri mei.

(Velenczei államkönyv 70. l.)

68.

1461. A velenczei államtanács határozata az István herczeg követének adandó válasz tárgyában, a boszniai királylyali jó egyetértésre és Pál bánnali viszonyra stb. vonatkozólag.

MCCCCLXI. die primo Decembris.

Sapientes Consilij
» t. f.
» Ordinum

Quod Spectabilibus Oratoribus Illustrissimi Ducis Stefani, qui in verbis et scriptis explicaverunt nobis, quantum huic Consilio notum est: Respondeatur:

Quod quippe dicere non possemus leticiam et gaudium, quod suscepimus, cumprimum nobis innotuit Ex D. Sui cum Serenissimo Rege Bossine ad bonam pacem et amicitiam devenisse, nam habuimus semper ad ipsos Dominos magnam benivolentiam et affectionem, omnemque honorem et commoda sua, statumque suorum semper carissima habuimus; et quando contra id quicquam intelligebamus, erat nempe nobis valde molestum, et hinc processit, quod ante concordiam istam suam elegeramus Legationem nostram profecturam ad ipsos Dominos, ut nihil studij et diligentie ex parte nostra

pretermitteremus pro pace predicta, pro qua reddere sibi volumus magnas gratias, et non dubitamus ex hac unione sua multa bona subsequi posse, licetque id non opportere putemus: hortamur tamen Excellentiam Suam pro multa affectione et fraterne amore nostro, ut in hoc suo laudabili proposito de bono in melius perseveret.

Ad partem ballistrariorum et sclopeteriorum, qui petuntur respectu Turci, respondemus, quod licet pro virtute et solita magnanimitate Illustr. Dominationis Sue ac pro situ passibus et conditionibus locorum et territorium suorum non dubitemus, attenta etiam conjunctione et bona unione facta cum dicto Rege, quod in omnem casum viriliter se prevalere poterunt et tueri statum suum contra Turcum; advisamus tamen ipsos Spectabiles Oratores, quod principes et potentie christiane jam excitantur ad providendum potenter contra Turcum et nos quoque pro parte nostra pro comuni bono christianitatis honorem Dei facere intendimus, non parcendo periculis nec expensis et ultra quod in satisfactionem prefati Illustrissimi Domini Ducis sumus bene contenti, quod pro tuitione sui status contra hunc Turcum de locis nostris habere possit de ballistrarijs et sclopeterijs pro pecuniis suis, dicimus, quod semper quod videbimus in ejus oportunitatibus prestare sibi posse favores nostros, id libenter faciemus, quomodo et honorem et commoda sua sicut propria desideramus; licetque cum Turco aliud concordium non habeamus, nec ex his que videri possunt, habituri simus, tamen ob id, quod nobis dici fecit si forte aliquo tempore aliter sequeretur, libenter faciemus juxta requisitionem suam.

Circa partem locorum nostrorum, que petunt casu quo per Turcum pelleretur ex statu suo, dicimus, quod confidimus, ut prediximus in divina clementia et in virtute et potentia sua et aliorum predictorum, quod casus iste nunquam occurret. Immo, quod Excellentia Sua se prevalebit et conservabit in statu suo, sicut tota mente desideramus, attamen si forte quod absit, aliter videretur posse occurrere, erimus semper bene contenti, quod cum persona, filijs, familia, rebus et bonis suis, omniumque suorum per terras et loca nostra se reducere possit ad locum nostrum Liesne, sicut etiam alias sibi

dici fecimus; nam semper Excellentiam Suam libenter videbimus et honorifice suscipiemus, et in cunctis, que a nobis fieri poterunt, semper ei complacere curabimus.

Ad factum justificationum prefati Domini Ducis contra Paulum Bannum Croatie, cui guerram facere intendit, petitque ballistrarios pro vindicando se contra eum, dicimus, quod licet voluntas et dispositio nostra optima sit in omne decus et commodum ipsius Ill. Ducis, non videmus tamen stantibus terminis, sibi salva honestate et honore nostro in hoc satisfacere posse, et etiam, quod subditi illi sui venire non possint ad loca nostra, non videmus id juste inhibere posse, quomodo loca et territoria nostra aperta et comunia sunt, nec aliter absque offensione honoris nostri facere posse videmus.

Pro quanto autam spectat ad bellum, quod gesturus est contra Banum Paulum, cum simus fraterne affecti Excellentissimi prefati Ducis, nolumus, nec volumus de eo nos aliter impedire, nec etiam de terris et locis illis suis Croatie, nisi solum de duobus, videlicet de Ostroviza, que ut notum est, alias fuit nostra, et in ea jus plenum habere pretendimus, et de Clissa, que fuit in protectione nostra, et recommendati nostri. Ideoque rogamus Excellentiam Suam, sicut etiam alias ei dici fecimus, ut pro honore nostro de his duobus se impedire non velit, de alijs vero faciat ut sibi libet. Circa partem, per quam petit mercatores suos posse emere lanas, et alias mercationes a navibus et navigijs nostris in gulfo Catari, vellemus libenter sibi complacere posse, sed advisamus eum per leges nostras, quibus contravenire non possumus, esse inhibitum, quod mercationes et queque res onerate extra gulfum super navibus et navigijs nostris vendi non possint, nec conduci alio, quam Venetias, et licet sepe fuerimus requisiti a terris nostris proprijs Dalmatie, quod eis concederimus id, quod nunc petit prefatus Illustrissimus Dominus, tamen id semper denegavimus obstantibus legibus nostris predictis: quare rogamus Excellentiam Suam, ut nos habeat excusatos.

\+ 151 — 5 — 9.

(Velenczei államkönyv 70. l.)

69.

1461. A velenczei államtanács válasza követe Thomasi jelentésére a török elleni segély ügyében.

MCCCCLXI. die quarto Januarij.

Circumspecto Petro Thomasio Secretario nostro in Hungaria.

Sapientes Consilij et
» t. f.

Petre! Superioribus his diebus reddite fuerunt nobis littere tue diei XXVII. Novembris, quibus certiores effecti fuimus de susceptione litterarum nostrarum, diei VIII. Novembris simul cum alijs replicatis, et de causis, ex quibus aliquanto differre statueras, circa materiam Turchorum apud Regiam Majestatem Hungarie exequi nostra mandata, subinde alias litteras tuas accepimus datas XV Decembris proxime lapsi, quibus novimus expositionem per te juxta mandata nostra factam Serenissimo Regi in congregatione Prelatorum et Baronum Regni, quodque sumptus fuerat respectus respondendi tibi et ect.: commendantes itaque et laudamus prudentiam tuam, pro quanto fecisti, dicimus, quod expectabimus et libenter intelligemus responsum, quod in re ista traditum tibi fuerit per Regiam Serenitatem, quod speramus pro more Majestatis Sue et Serenissimorum Regum preteritorum ac Prelatorum et Baronum Regni illius, qui semper christianam fidem tueri conati sunt, futurum esse conforme preteritis experientijs rerum suarum, quod semper in honorem Dei et salutem christiani nominis processerunt cum immortali gloria Regni illius. Nos quoque, cum ut notum est, per longa spacia finitimi simus Turco, quicquam ex parte nostra pretermissuri non sumus, quod honori Dei Domini nostri et commodis christianorum conducere posse videmus, et ultra omne consvetum nostrum providimus et providere non cessamus, interim vero per Summum Pontificem omnis accurratissima opera, omnemque ardens studium adhibetur ad provisiones necessarias faciendas, et ad excitandas principes christianos ad sanctam expeditionem.

Et ex his, que jampridem scripsimus B. Sue, huc se contulit unus ejus Orator, cum quo continue sumus et omnia operamur pro provisionibus faciendis, et ut principaliter succurratur rebus illis Hungarie, omnia possibilia facere non desistimus, et similiter ut omnis opera quamprimum adhibeatur, quod dissensiones vigentes inter Regnum illud et Imperatorem omnino tollantur, sicut sequi debere confidimus ita, ut non solum omnes offense contra Regnum, sed omnes etiam suspiciones tollantur, unde tenemus et in divina bonitate confidimus, quod res christianorum brevi disponentur in modum quod feliciter et ad vota succedant. Et de his, que circa hoc dictim occurrent, reddemus te nostris litteris certiorem. Hec omnia contenti sumus et volumus, ut juxta rerum exigentiam dicere debeas tam Regie Majestati quam alijs Prelatis et Baronibus et unite et seperate, sicut melius et utilius esse cognoveris, gubernando semper te in omnibus caute et secrete, sicuti te facturum confedimus.

Quid preterea ad nos scripseris, tibi fuisse relatum de missione unius Oratoris nostri ad Imperatorem, et etiam unius alterius ad Turchum, intelleximus optime, utque rem istam bene justificare et veridice declarare possis: est nostre intentionis et volumus, quod illis qui dixerunt tibi verba predicta et etiam alijs — si ita opportere existimabis — dicere debeas, quod non missimus quemquam ad imperatorem, nisi modo efluxus est annus, qui fuit vir nobilis Vitalis Lando, quod solum processit, quia Imperator ipse preter retroactas consvetudines certas innovationes contra mercatores et subditos nostros fecit, imponendo novas gabellas et dacia et quedam alia indebita faciendo, pro quibus et non aliam ullam ob rem ad Serenitatem Suam misimus.

Ad Turchum vero Nuntium nostrum mittere coacti fuimus solummodo propter multas novitates, violentias, et damna, que inferebantur et inferri non cessant subditis nostris Coroni et Mothoni per Turchos Subbassi finitimos illis terris et locis nostris et non alia causa; sique aliter vulgatum est, id penitus a veritate declinat, qui Nuntius habito circa premissa responso, immediate recessit.

Si forte ad receptionem presentium intelligeres Regiam Majestatem Hungarie ad treuguas, seu ad aliud concordium devenisse cum Turco, eo casu est nostre intentionis et volumus, quod nihil Serenitati Sue alijs de predictis dicere debeas.

+ 167 — 4 — 0.

(Velenczei államkönyv 74. l.)

70.

1461. A velenczei államtanács Magyarországnak a török ellen adandó segély tárgyában sürgetőleg követet küld Rómába.

Die XXII. Januarij.

Instantia periculorum imminentium regnis Hungarie et Bossine facit, ut remedia, que adhibere possunt, jam non longius protrahantur, etiam que a Summo Pontifice pro salute illorum Regnorum et pro rebus status nostri sunt impetranda, non per litteras amplius sunt requirenda, neque cum Oratore Sue Beatudinis hic tractanda, necessitas namque nos urget oportune et importune apud Suam Sanctitatem instare, neque modo verbo et litteris, verum etiam interventu Reverendiss. Dominorum Cardinalium, quod fieri non potest, nisi presentia unius Oratoris nostri, qui continue et incessanter insistat, quandoquidem res nostra agitur, et ad salutem nostram omnis hec materia spectat, ideo vadit pars, quod in presenti Consilio per scruptinium eligatur unus Orator, qui, quanto celerius fieri poterit, hinc discedat et ad Summum Pontificem sese conferat tractaturus ea, que per hoc Consilium ei mandabuntur et ect.

+ 44 — 64 — 10.

(Velenczei államkönyv 74. l.)

71.

1461. A velenczei államtanács a magyar kir. udvarnál lévő követe jelentését, a török elleni ügyben a pápával közli.

MCCCCLXI. die quarto Januarij. Quod littere infrascripti tenoris mittantur ad Summum Pontificem.

Sapientes Consilij et
» t. f.

Accepimus his diebus litteras Secretarij nostri, quem tenemus apud Regiam Majestatem Hungarie, et quia vise sunt nobis non vulgaris ponderis et momenti Spectabili Oratori Sanctatis Vestre ostendendas atque tradendas censuimus; ceterum considerato discrimine rerum pro magnitudine incumbentis periculi, si forte subsidij desperatione Rex et Barones illius Regni adducti, inducias aut aliquod aliud concordie genus cum comunibus christiane fidei et religionis hostibus inirent, non alienum existimavimus exemplum ipsarum litterarum, etiam ad Vestram Beatitudinem mittere, intelliget Sanctitas Vestra pro sua mirabili sapientia, quo in cardine res illius Regni versentur, nec dubitamus, quin pro sua singulari in rem christianam dilectione, paternique officij cura cogitationes et consilia sua hac conversura sit, ut impresentiarum omni celeritate et diligentia ad aliquod particulare subsidium veniatur, quo mediante Rex ille et Regnum illud paulo erectioribus animis ab omni pestifera et pernitiosa concordia cum hoste naturali et implacabili ineunda absterreantur, atque spei pleni et auxilio freti adversus hostiles impetus et vafros conatus se tueantur, donec Salvatore et Domino nostro Jesu Christo opitulante opera consilio et auctoritate Beatitudinis Vestre comparatis, Regum et Principum fidelium auxilijs, ad expeditionem sanctissimam generaliter veniatur; preterea videbit Sanctitas Vestra, que solicitudo et cura incussa sit animis tum Regis tum Regni Baronum ob suspitionem futurarum novitatum et perturbationum ex proposito Serenissimi Imperatoris, que res quam perniciosa sit, pro eo quod dubios animos facile impellere posset ad capiendum inducias, seu aliquod aliud genus concordie cum perfidis hostibus, Sanctitas Vestra optime intelli-

gere potest, quam ob rem obviam cellerime est eundum et peropportune providendum, dignetur itaque Beatitudini Vestre ad curam et auctoritatem, cujus merito pertinet de his providere, ita huic rei consulere, ut omnibus efficacioribus et commodioribus rationibus apud Serenissimum Imperatorem instetur atque agatur, ut pro statu presenti rerum prospectis malis, que consequi possent, inducat tandem animum non modo ab actualibus offensionibus et molestijs illius Regni abstinere, verum quoque ab omni signo atque suspitione novitatis; hisce de rebus, qua possumus devotione et reverentia opem et sapientiam Sanctitatis Vestra studiosissime imploramus et petimus.

\+ 162 — 8 — 3.

(Velenczei államkönyv 74. l.)

72.

1461. A velenczei államtanács válasza a franczia király követének, a török elleni támadás és magyarország magatársa tárgyában.

MCCCCLXI. die XXII. Januarij.

Oratoribus nostris ad Serenissimum Dominum Regem Franchorum.

Sapientes Consilij et » t. f.

Habuimus litteras vestras datas Turoni X. et XI. Decembris preteriti, successtiveque alias litteras vostras accepimus datas XXII. et XXX. mensis ejusdem ac primo presentis, quibus novimus quecunque dicta et praticata per vos tam cum Sacra Regia Majestate Franchorum circa materiam Turchorum, quam cum praticatoribus ad hoc deputatis, commendantesque consvetam prudentiam et diligentiam vestram, respondemus vobis cum nostro Consilio Rogatorum, quod volumus, ut operam detis essendi cum ejus Serenitate, dicendo sibi, quod habuistis responsum a nobis, circa quantum habuisse scripsistis a Sua Regia Majestate de factis Turchorum in hunc modum, quod quippe non opus erat, ut Majestas Sua gratias ullas nobis ageret, quod comunicare voluerimus secum unam ita

gravem et ponderosam materiam, sicut est ista Turchorum, quomodo decens visum est nobis, ac nostro debito convenire tam Serenissimo ac Christanissimo Regi nota afficere pericula Turchorum gravissima, iminentiaque toti christiane religioni, nec satis extollere, nec condigna laude prosequi possumus Regiam Majestatem Suam de tam sancto ejus proposito, deque magnanimis oblationibus suis, volendi facere contra Turchos. Nescimus nempe, quod Serenitas Sua facere possit rem ullam magis salutiferam nomini christiano, nec immortali gloria Sua magis dignam, quam imitando exempla Serenissimorum progenitorum suorum, operam adhibere, reprimendi nefandos cogitatus istius universalis hostis christianorum. At quomodo Majestas Sua in oppositum videtur adducere distantiam locorum suorum, allegando solummodo duas esse vias ad hanc impresiam suscipiendam, videlicet, alteram per Hungariam, que impedita est pro differentijs Imperatorie Majestatis et Alemanorum cum Hungaris; altera est per viam Janue, per quam potenter transitum facere posset cum classe maritima in Regnum, indeque per viam Brundusij se conferre Dyrrachium ect. Ideoque necessarium fore asserit, ut prius habeat urbem suam Janue, deindeque Regnum, pro qua re celerius exequenda requirit favores nostros ad Januam et Regnum ipsum obtinendum. Dicimus primum circa favores, quod ut notum est Majestati Sue, nos de rebus illis Janue et Regni licet multotiens et a diversis personis, varijsque temporibus circa id tentati fuerimus, tamen ob affectionem nostram in Majestatem suam nunquam impedire nos voluimus; et si in aliquam partem declinavimus, id fuit in partem Sue Serenitatis, sicut per multas experientias cognosci potuit; et sicuti etiam semper declaravimus multis Oratoribus suis, qui de hic nostra neutralitate et bona voluntate semper remansere contenti, sicque unquam unquam tempus fuit, quo in hac neutraitate persistere habeamus, existimamus id impresentiarum esse, quomodo licet per elapsum tenuerimus in mare bonum numerum galearum pro obviando ab ista parte maris machinationibus comunis hostis, ut penetrare non habeat in viscera christianorum, quotidie tamen sentientes pericula hujus hostis excrescere contra Christi fideles, nos quoque pro quanto

possumus et ad nos spectat, statuimus multiplicare provisiones, ut pravis ejus conceptibus resistamus, ideoque non vellemus ingredi rem, que ab hoc nostro christiano proposito divertere nos posset, sicuti etiam certi sumus, quod Serenitas Sua non vellet per nos fieri, quam non dubitamus, quod pro multa sua sapientia et justicia judicaturam has justificationes nostras esse rationabiles et honestas.

Circa partem faciendi contra Turchos, scilicet Majestas Sua prius deliberat acquirere Januam ac Regnum, deindeque magnanime procedere et ect. Dicimus: quod existimamus Regiam Serenitatem Suam omnia consultissime ac prudentissime semper agere, sed quomodo asserit, quod si videtur nobis aliud commemorandum esse, id libenter intelligere reverenter dicimus, quod communis iste hostis non dormit. Regia Majestas Hungarie dici nobis fecit, per medium Secretarij nostri, quem apud eam tenemus, quod cum promissionibus Legatorum apostolicorum et cum spe subsidij christianorum diu steterit in guerra cum Turcho, quodque ab annis tribus citra arrepte et asportate sunt per Turcos ex locis et territorijs suis anime CC milla et ultra, rem quippe dictu impiam et horrendam, et quod permodice sunt domus Dominorum Hungarie, que in proprio sanguine ensibus Turchorum madefacte non fuerint, absque vero christianorum ope amplius durare non potest, maximeque eo stante cum Majestate Imperatoris prout stat, quod aut succumbere Turcis coactus est, aut concordium capere cum damno christianorum, quod si forte accideret, quod Deus avertat, dubitari non debet, quod data esset Turco facilitas penetrandi in eam partem, quam vellet, in viscera christianorum, et ubi Serenitas Sua dicit de transeundo ex Brundusio Dirachium, forsitam Turcus ante transitum facere posset ex Avalona Brundusium, quem ad modum jam sibi spondet, et gloriatur se facere velle, et sicuti etiam dici nobis fecit. Pontifex maximus se dubitare quod non faciat, quam rem certissimi sumus, quod Regia Serenitas Sua, que est principalissimus Rex christianorum, videre non vellet temporibus suis, ideoque necessarium existimamus, ut imprimis prestandi sint favores Hungaris, ut

periclitare non habeant, sed continuent guerram cum Turcis, donec ad generalem expeditionem procedetur.

Circa quos favores exhibendos eisdem Hungaris, ut succumbere non habeant cum tanto christianorum excidio, sed conserventur ad tempus sancte expeditionis, non dicimus in particulari magis unum quam aliud, Sacre Majestati Sue, cum sapientissima sit, optimeque intelligat, quanti momenti et ponderis res ista sit, et ex parte sua providere potest, sicut necessitas tantorum periculurom exigit. In colloquiis vero, que habebitis cum Serenitate Sua, contenti sumus et volumus, quod ad proposita vestra commemoretis per illos bonos et decentes modos, qui vestris prudentiis videbuntur, quod Summus Pontifex intelligens ista imminentia pericula Hungarorum, requiri nobis fecit per Oratorem suum hic existentem, ut si circa hoc mentem nostram patefaceremus, cui respondimus et reverenter diximus: providendum esse saluti eorum, de decimis christianorum beneficiorum ecclesiasticorum, in ea parte, que conveniens videretur. Id ipsum etiam fieri commemoravimus erga Regem Bossine et Ducem Stefanum, ut non cogantur aut perire aut cum Turcis concordium capere. Et demum volumus, quod omnem operam, omnemque honestam experientiam faciatis intelligendi in particulari mentem et dispositionem Serenitatis Sue, in ista materia. Qua percepta contenti sumus, quod sumpta bona et grata licencia ab Majestate Sua, et ab alijs principibus et Dominis, qui videbuntur vobis, in Dei nomine repatrietis, de novis et alijs conditionibus illarum partium plene instructi et ect.

+ 134 — 0 — 2.

(Velenczei államkönyv 75. l.)

73.

1461. A velenczei államtanács válasza a pápa követének, Magyarországnak a török elleni buzditása, és a horvát-boszniai ügyek tárgyában.

MCCCCLXI. die XXX. Januarij.

Sapientes Consilij et » t. f. | Quod Magnifico Oratori pontificis maximi, qui ad presentiam nostram se contulit, et circa missionem Legati in Hungariam conatus est multum justificare Sumum Pontificem, ex conditionibus et necessitatibus suis asseverans pluribus rationibus Legatum ipsum non esse mittendum absque provisione pecuniarum, quam Beatitudo Sua pro nunc facere non potest, sed quod per litteras non desinet exhortari Hungaros ad perseverandum et ect. subsequenter circa X. XX. et XXX. dixit, quodquando cum aliquo Rege et potentatu christiano indiceretur et fieret bellum Turco, contentus erit in hoc nobis satisfacere. Circa vero provisionem pecuniarum pro subsidio rerum Hungarie, Bossine et Ducis Stefani quesivit, quantum potuit honestare Sumum Pontificem, excusareque eum cum necesitatibus et gravibus expensis, quibus implicitus est, demumque omni verborum vi hortari et inducere nos studuit ad adhibendam operam omnem nostram circa pacem Regni Sicilie et Regis Ferdinandi, vix mentem Summi Pontificis, sine cujus rei perfectione non videt, nec intelligit Beatitudo Sua, quicquam fieri posse circa ea, que superius dicta sunt, quemadmodum huic Consilio relatum est. Respondeatur:

Quod memores eorum, que Magnificus idem Orator a principio, cui ad nos adventus parte Pontificis Maximi, tam ample nobis retulit de optimo, ferventissimoque proposito B. Sue ad provissiones faciendas contra hostem christiane religionis, quodque in hac re commemoraremus et patefaceremus mentem nostram, quomodo Sanctitas Sua ad omnia se promptissimam offerrebat, sincere et fideliter diximus et memoravimus provisiones et remedia, que pro nunc necessaria judicabimus, ut gravibus, imminentibusque periculis rerum Hungarie, sine quibus de felici exitu sancte expeditionis parum sperari

posset, ac etiam periculis Regis Bossine et Ducis Stefani occurreretur, utque mediantibus provisionibus ipsis Turcis resistere et in fide servari possent ad tempus generalis expeditionis; pro quanto vero ad nos spectabat, cum ultra consvetum expensas nostras ac vires augere necessarium nobis esset, requirimus X. XX. et XXX. locorum nostrorum, nunc autem ex verbis Sue Magnificentie comprehendentes premissa difficultari, seu quodamodo fieri non posse, nisi nos operam demus, quod res Regni Sicilie pacate sint juxta mentem Pontificis Maximi. Quippe loquentes cum Beatitudine Sua solita devotione, et sicut veros et optimos filios decet, satis perplexi remansimus, nec persvadere nobis possumus Sanctitatem Suam, quam semper sapientissimam novimus, cupidamque omni ardenti studio in christianorum salutem, hujus esse sententie, maxime quando hoc superiori tempore nihil studij, aut diligentie pretermiserimus pro pace et quiete ipsius Regni; misimus ob id Oratores nostros ad Regem et Principem, diu in illis partibus manserunt, nihil proficere potuerunt. Misimus quoque Legatos nostros ad Regiam Majestatem Franchorum, tenuimusque eos apud Serenitatem Suam, nullam aliam ob rem, quam a l exhortandum et inducendum eam ad suscipiendam impresiam contra Turcum, ut per consequens cogitamina sua a rebus Regni et Janue divertere possit. At Rex ipse constanter hactenus persistere videtur prius Regnum ac Januam obtinendi, de hinc sanctam expeditionem magnanime se amplexurum pollicetur; non est obscurum Beatudini Sue, nos continue in his rebus Regni, moti decentibus et honestis respectibus neutrales esse, instituisse, diximus id semper et Oratoribus S. Sue et Oratoribus Serenissimi Regis Franchorum, dum magna instantia petijsset favores nostros, ut Regnum Sicilie potiatur, si unquam tempus fuit, quo in hac neutralitate persistere deberemus et non provocare nobis emulos, id profecto impresentiarum esse cognoscimus; quomodo licet per elapsum tenuerimus in mare bonum numerum triremium, ut machinationibus comunis hostis obviaremus, ne in viscera christianitatis penetraret, quotidie tamen excrescere sentientes pericula hostis ipsius, pro quanto possumus, et ad nos spectat, innitimur augere provisiones, nec ullam aliam rem nisi cum manifesto periculo in-

gredi posse videmus, quas ob res orare volumus ex corde Beatitudinem Suam, ut has honestas et equas justificationes nostras suscipiat in eam partem, quam S. Suam pro ejus admirabili sapientia, suscepturam eas non dubitamus : digneturque, ut pium et clementissimum patrem christiane religionis decet, interea quod res sancte expeditionis disponi poterunt, premeditari, ut diximus gravissima pericula Hungarorum, quibus nisi cito provideatur per missionem unius Legati cum aliquo favore pecuniarum et spe futuri presidij : certum teneri potest, quod aut Turcis succumbere, aut concordium capere compellentur, cum maximo damno christianitatis. Commemoramus quoque, ut Regi Bossine et Duci Stephano fiat aliqua provisio, sicut alias diximus, ut resistere possint Turco, et periclitare non habeant, circa que S. Suam pro summa ejus sapientia et auctoritate facile providere posse tenemus.

Pro quanto vero ad nos pertinet, dicimus, quod in muniendis locis nostris partium Orientis, que sunt propugnaculum hosti, fecimus multas expensas et ect. Quod onus gravissimum sumpsimus firmantes judicium nostrum in his, que sepius nobis dicta et promissa sunt de decimis XX. et XXX terrarum nostrarum, sub qua certissima spe tot expensas ingressi sumus, ideoque devotissime supplicamus, ut eas nobis concedere dignetur et ect.

+ 106 — 1 — 4.

(Velenczei államkönyy 76. l.)

74.

1461. István, néhai György szerb despota fia a milánói fejedelemhez követeket küld.

Serenissime Princeps et Eccell. Domine. Premissa recommendatione totius prosperitatis, sincero cum affectu. Ad vestram sublimitatem in quibusdam Legationibus nostris misimus hos egregios nobis sincere dilectos Demetrium et Dianum, rogantes eandem Vestram Sublimitatem, quatenus dictis ip-

sorum Vestre Sublimitati nostri ex parte relatis fidem credentie adhibere hac vice dignemini. Datum in Krwy (?) decima septima die mensis Februarj anno Domini 1461.

Stefanus filius olim Illustris Georgj
Servie Despoti ect.

Serenissimo Principi ac Eccellso Domino Domino Dei gratia inclyto Duci Mediolanensi etc.

(Milánói állam ltár.)

75.

1461. Castriota György, Sfortia Ferencz milánói fejedelemnek ajánlja István despota követeit.

Serenissime Princeps. Premissa recomendatione cum obsequiosa beneplacitorum volumptate. Nosse dignetur Vestra Serenitas, quomodo Illustris Stefanus Despotus, filius olim inclyti Georgi Servię Despoti per sevos et nefandos Theucros ob amorem christianitatis de Regno proprio expulsus hic in terra nostra residet, cui juxta facultatem nostram de bonis et posessionibus nostris pro victu ejusdem partem quandam contulimus. Quiquidem Stefanus Despotus in quibusdem suis Legationibus ad Vestram Serenitatem transmisit hos suos Oratores, unde eandem Vestram rogamus Serenitatem, quatenus eundem recommendatum habere dignemini precibus ejusdem aures benignas inclynantes. Datum in Lesio die decima septima mensis Februarj Anno Domini MCCCCLXI.

Georgius Castriota alias Skenderbeg
Dominus Albanie ac Generalis
Capitaneus Regie Majestatis in partibus Grecie.

Serenissimo Principi ac Eccellso Domino Domino Francisco Dei Gratia inclyto Duci Mediolani etc. ect.

(Milánói állam ltár.)

76.

1461. A velenczei államtanács határozata a traui és spalatói elöljáróság levelei folytán Clissa vārósának pénzen megszerzése tárgyában.

MCCCCLXI. die XIX. Februarij.

4. Sapientes Ordinum 1. » t. f.	Ex litteris Rectorum nostrorum Tragurij et Spalati constat Illustrem

Ducem Stefanum Sancti Save accersito auxilio Bossinensium et Turchorum provinciam Croatie esse invasurum, et imprimis omne studium positurum ad obtinendum oppidum Clisse, quo loco occupato, quo in periculo ille nostre Civitates sint constitute, et quemadmodum pateant ad omnem Turcorum impetum, facile ab omnibus intellegi potest: quamobrem magnopere cavendum est, et omni opera et cura studendum, ut locus ille Clisse in manus et potestatem nostri Dominij veniat. Ideo vadit pars:

Quod mandetur Rectori nostro Spaleti, ut omni opportunitate et prudentia perquirat et det operam sive cum Banno Paulo, sive cum alio quocunque, qui dictum locum dare et effectualiter assignare posset, ut aut venditione aut pignoris nomine habeat ipsum oppidum Clisse nomine nostri Dominij, pro quo promittere possit usque ad summam Ducatorum X milla et ab inde infra dandorum et numerandorum, designato nobis sepedicto oppido Clisse, incipiendo promittere a minore summa, quemadmodum potuerit melius et habilius cum utilitate nostri Dominij facere, superqua re prudentie et fidei dicti nostri Rectoris Spaleti est confidendum, et committatur ei, quod omnibus dexteris et utilibus modis, quibus poterit, utatur consilio et favoribus et contributione fidelium nostrorum civium Spaleti, quemadmodum alias ipse suis litteris Dominio nostro significavit, ad bonam et votivam executionem hujus voluntatis nostre, circa obtentionem oppidi suprascripti Clisse.

+ 108 — 24 — 16.

(Velenczei államkönyv 78. l.)

77.

1462. A velenczei államtanács a pápát értesiti, hogy a császár és a magyar király kibékülését kivánatosnak tartja, egyuttal a török ellen hadat igér.

MCCCCLXII. die XVIIII. Marcij.

Summo Pontifici Pio Secundo.

4. Sapientes Consilij
4. » t. f.

Fatemur Beatissime Pater, ac certissimum esse cognoscimus, que nobis Sanctitas Vestra ejus litteris novissime ad nos delatis, sua propria manu scriptis significavit, maximi ponderis esse, et pro earum magnitudine secretissimum mereri silentium, quod, ut justis Beatitudini Vestre obsequentes simus, accurrate servabimus, nemini patefacientes quicquam, nisi eis solum, sine quibus res iste consultari non possunt. Fatemur quoque debere nos plurimum S. V. quod presertim videamus nos deditissimos ejus filios ab eadem tanta dilectione complecti, ut cogitationes, gravissimaque consilia Beatitudinis Vestre, utque ita dixerimus cor suum tanto animi fervore, tanto caritatis zelo nobiscum communicare voluerit. Non possemus S. Vestram dignis preconijs aut meritis extollere laudibus pro tam sancto, tamque ardenti proposito suo, ut machinationibus perfidissimi hostis remedijs occurrendum sit, sed quid gloriosius? quid eterna memoria dignius dici potest? quam Pontificem Maximum, supremum christianorum principem, in terrisque Vicarium Jhesu Christi in tanta re personam propriam ultro decrevisse exponere; quippe summum id pietatis et clementissimi patris officium in christianam religionem jure optimo censeri debet, ceteris principibus et potentatibus christianis eodem exemplo motis, nostra sententia permultum incumbit vigilandum esse, non amplius dormiendum, si divinam religionem colunt, si saluti proprie statuumque sourum consulendum est. Quid vero Sanctitas Vestra pro tam sancte expeditionis opere sapientissime cogitaverit, ut Ill. Dux Burgundie, qui votum vovit proficisci personaliter, et bellum gerere contra Turcos, rem istam agrediatur, non satis laudare possemus, quandoquidem

tenendum sit tantum principem pondus, id non nisi potenti manu suscepturam esse. Regiam Majestatem Franchorum sperandum est, et pro suo naturali more et persvasionibus V. S. inductam si non plures saltem X millia pugnatorum ad hanc expeditionem missuram esse. Inducias et belli moras inter Imperatoriam Majestatem et Hungarie Regem, quas faciendas esse pro felici rei istius succesu Beatitudo Vestra commemorat, necessarias penitus esse cognoscimus: ad idque omni studio et opera insistendum est, ut Hungari expediti in Rassia, vel alibi, unitis viribus comunes hostes invadere exitioque dare possint, reliqua presidia aliorum Principum et Prelatorum, de quibus in litteris S. V. cavetur, non dubitamus. tum ex summa ejus sapientia et auctoritate, tum ex ipsa rei conditione fidem orthodoxam tantopere concernente Beatitudinem Vestram facile consecuturam esse. Nos ut de multis pauca hec faciamus, in sancta expeditione ista, quicquid in nobis est, magno et forti animo pollicemur, et cum maritima classe, validisque viribus nostris associare seu associari facere Beatudinem Vestram, apertum bellam gerrere, et una cum alijs nihil omnino ommittere pro Turcorum excidio. Speramus siquidem ac proculdubio confidimus S. Vestram, et ex ijs, que impresentiarum ad nos perscripsit, et ex ijs, que per antea dicta sunt, et honoris et commodi nostri, memorem semper futuram esse. Super est, ut ad disponendas, parandasque res istas Beatitudo Vestra summam ejus sapientiam, studiaque convertat, ut jam tandem gloriose complecti et cum immortali laude, perpetuoque splendore Sanctitatis Vestre, suique populi christiani perfici possint. Id demum summe necessarium judicamus, quemadmodum etiam Sanctitas Vestra scribit, ut ista omnia occultissima habeantur, et ita precibus omnibus, quibus possumus devotissime supplicamus, precamur quoque ut de receptione presentium certiores nos facere libeat.

+ 146 — 1 — 0.

(Velenczei állam ltár 80. l.)

78.

1462. A velenczei államtanács a pápát a török elleni ügyben főleg Magyarország segélyezése tekintetéből tudósitja.

MCCCCLXII. die XX. Martij.

Summo Pontifici Pio Secundo.

Sapientes Consilij et » t. f.

Quid hesterna die ad Beatitudinem Vestram scripserimus, in responsionem litterarum suarum proxime ad nos missarum certi reddimur Sanctitatem Vestram ante hac intelligere potuisse; present vero die cum ab secretario nostro, que dudum apud Regiam Majestatem Hungarie tenuimus, acceperimus litteras diei quarti preseutis, simul cum certis exemplis litterarum per Vaivodam Vallachie scriptarum Regi Hungarie, nonnulla nova felicia continentium, agentes cum Beatitudine Vestra de consveto filiali more nostro, statuimus ea omnia Sanctitati Vestre quamprimum significare, que certissimi sumus, pro paterna ejus caritate ferventique dispositione in salutem et commoda christiane religionis perjucunda et gratissima sibi futura esse. Hic ipsa etiam nova per vestram Constantinopolis nobis nuperrime nuntiata sunt ita, ut ea vera esse teneamus, quid Deus noster misericors sua infinita clementia in sublevationem populi sui, ne a perfidissimis Crucis hostibus pessumdetur, preparare et disponere videatur, ex litteris et exemplis ipsis S. Vestra plane cognoscet. Intelliget quocque, quid Rex Hungarie instanter petat, qualisque sit ejus animus et intentio ad exercitum suum uniendum conferrendumque sese ad Transilvane partes inferiores, ut juxta requisitionem Domini Valachie ferre sibi opem, et Turcorum conatibus resistere possit, si necessitates et conditiones Regis ejusdem ac Regni illius S. Vestre non essent notissime, et que pericula sibi facile contingere possint, quippe in scribendo longiores essemus. At scimus Beatitudinem Vestram pro sua admirabili sapientia et rerum omnium intelligentia omnia longe melius intelligere, quam nos referre possemus, id tamen solita sinceritate et integerrima dispositione nostra in his, que commoda nominis christiani concernant,

nolumus preterire, quod si unquam pro nostra sententia necessarium fuit rebus Hungarie providere, id impresentiarum est. Commemoramusque reverenter, ut quamprimum opportunitati Regni illius, sed verius christiani populi Sanctitas Vestra dignetur assistere. Venit nobis in mentem, quod sepe alias dictum, promotumque fuit, videlicet, quod ultra celerem missionem in Hungariam unius Legati apostolici, qui gratus sit, etiam per potentias Italie, juxta compertitionem per Beatitudinem Vestram faciendam mensuatim solverentur floreni X milla in XII milla singulo mense, cum quibus acciperentur stipendio illis in partibus equites IIII milla, qui favori essent Regi Hungarie contra Turchos, ut in honorem Dei ferventiori animo bellum gerere posset, utque Sanctitas Vestra sciat, quo animo id commemorandum duxerimus, quamquam, ut notissimum est, magnis gravissimisque expensis impliciti sumus, tum in classe nostra maritima contra Turchos, quam longa potentiorem solito instruximus, tum in muniendis terris nostris partium Orientis finitimis Turcho, gentibus et presidijs, erimus tamen contenti contribuere illam partem istius expense, que decens et honesta fuerit, salutiferum hoc, necessariumque remedium, saluti rerum Hungarie et christianorum esse tenemus; sapientissima est Sanctitas Vestra, remque istam, que judicio nostro celeritatem requirit, cum alijs potentatibus Italie disponere poterit, ut melius, utiliusque cognoverit.

Et ex nunc captum sit, quod Nicolao Sagundino Secretario mitti debeat copia presentium litterarum ac etiam exempla novorum predictorum cum ordine, quod ea cum Reverendissimis Cardinalibus comunicare debeat, et etiam alijs significare et disseminare nova predicta, solicitando etiam habere responsum a Pontifice maximo ad litteras ipsas, illudque celerrime ad nos mittere.

+ 150 — 0 — 0.

(Velenczei állam ltár 80. l.)

79.

1462. A velenczei államtanács határozata Clissa vár birtokbavételének feltételeiről.

MCCCCLXII. die XXIIII. Martij.

Sapientes Consilij » t. f. et » Ordinum	Alias diverse pratice habite sunt pro habendo castello Clissij et ultimate deliberatum fuit per hoc Consi-

lium expendere Ducatos ab octo usque X milla. Im presentiarum vero Comes Matheus de Poliza fidelis subditus noster veniens ad nostram presentiam nomine Stefani Strisich de Rodobiglia, qui castellum ipsum habet in manibus, offerens dare illud in manibus nostri Dominij, porrexit ista capitula, et pro ipso Stefano . . . . . Ioanne et Georgio fratribus suis, fecit his petitiones, que sunt multo minores et commodiores pro nostro Dominio, quam quas alias facere voluerimus, propterea attenta castelli predicti multa importantia ad res nostras Dalmatie: vadit pars, quod capitula et petitiones facte per prefatum Comitem Matheum nomine ejusdem Stephani et fratrum auctoritate hujus Consilij admittantur et approbentur, fiantque patentes littere, que mittantur ad manus Comitis nostri Spaleti, cum mandato, ut volente eodem Stephano assignare castellum predictum, mittere debent acceptum tenutam illius nomine nostri Dominij, et mittat Jacobum Arditum Commestabilem nostrum cum sua societate et alios etiam, si necesse fuerit, sub eodem Jacobo, cum tali modo et intelligentia, quod res ad votum conficiatur, et remaneat castellum ipsum optime custoditum, donec nos alias fecerimus provisione. Et accepta tenuta illius, det et assignet fratribus supradictis patentes litteras simul cum Ducatis CCC juxta continentiam petitionis eorum, advisetque Dominium subito et immediate de rei successu, copia vero predictarum litterarum dentur supradicto Comiti Matheo, sicut requirit.

Comiti vero Matheo auctoritate hujus Consilij consentiri et complaceri debeat de nonnullis ejus honestis petitionibus, que sunt he, casu, quo res ad effectum perducatur. Post-

quam vero certificati fuerimus per litteras Comitis nostri Spaleti optinuisse et in manibus suis habere et tenere nomine nostri Dominij castellum supradictum, scribatur Petro Thomassio et ei mandetur, ut esse debeat cum illo Serenissimo Domino Rege pro justificatione hujus materie cum illis verbis et rationibus, que tunc per hoc Consilium deliberabuntur.

+ 146 — 2 — 4.

Domande fano Stephano, Zuane et Zorzi Strisich fradelli de Rodobilla per el castello de Clissa et ect., al Conte Mathio per nome dela Signoria.

Primo: che lo i sia dato una caxa per loro et per suo heredi in Dalmatia, dove li parera et piacera.

Secundo: che lo i sia dato per loro et suo heriedi in Dalmatia, dove li parera et piacera tante possessione, che vaglino Ducati octocento.

Tercio: che per cadauno de loro fradelli et suo heriedi gli sia dato L. CL-ta de pizoli de provision al anno, che sono fra tuti tre soldi CCCCL de pizoli, in qual luogo piacera ala Signoria,

Quarto: che assignando el dicto castello in man de la Signoria, over suo messi, subito siano donati ai diti, duchati CCC de oro coe, ducati Cento per cadauno.

Quinto: chel sia scripto a tutti i Rectori de Dalmatia, et cussi debbino far proclamare, cha alcuno subdito de la Signoria non ardisca, ne debi chiamar i ditti fradelli, ne ca daun de loro manchadori de fede, immo boni servidori de quello, soto pena de rebellione.

Sexto: chel sia facto una lettera patente de le suprascripte concessione, la qual stia in man del Magnifico Conte de Spalato, over del Conte Matheo suprascripto, finche la cossa hara havuto executione, ma che i sia dato la copia ad esso Conte Mathio, azo lui la possa scriver in schiavo et mostrarla a li diti fradelli.

(Velenczei állam ltár 81.)

80.

1462. A velenczei államtanács határozata Mátyás király követének, a török elleni segély iránt adandó válasz tárgyában.

MCCCCLXII. die XXIX. Martij.

Sapientes Consilij » t. f. et » Ordinum	Quod Magnifico Oratori Serenissimi Regis Hungarie, qui nuper ad nos se contulit, et post generalia longo

verborum ornamento conatus est, declarare nobis, qualis adversus christianos sit perfidus animus et intentio Turci, quidve moliatur et paret in exitium et perditionem suam in partibus Europe, utque presertim Regnum Hungarie debellare possit; de hinc facilius christianum nomen subvertere. Commemoravit quoque periculosas et calamitosas conditiones Regni Hungarie, gravesque jacturas et clades a Turcis susceptas, ultra quas ab Imperatoria Majestate injustum bellum Regno ipsi inferrebatur, sepius a Pontifice maximo Regia Majestas Hungarie in tantis periculis implorare opem studuerat, sed nihil unquam id proficere potuit, quia usque adeo solum verbis fuerat saturatus, rursum Majestas Regis sui mittere eum statuerat ad Romanum Pontificem, motus presertim svasionibus nostris, fretusque magno amore et affectione precipua, quam continue novit gerere nos Serenitati Sue, in qua re spem et confidentiam suam in nos locaverat, nostraque opera succursum et favorem impetrare posse, sibi persuadebat, multum digne et honorifice de nobis locutus est. Habuerat in mandatis a Serenissimo Rege suo, quecunque sibi injuncta Romano Pontifici referenda, prius comunicare nobiscum, omniaque, ut verbis suis utamur, remittere Consilio, auctoritati et arbitrio nostro. Subinde orator ipse iterum ad nos regressus, multis humanis et affectuosis verbis commemoravit, quod si ad generalem expeditionem contra hostem procedendum erat, necessarij videbantur Regie Majestati LX millia pugnatorum, sed descendit tandem ad numerum saltem militum LX millia, quibus solveretur per potentias christianas solummodo per sex menses, nam ultra, quod de victoria proculdubio sperandum erat, mi-

lites ex bello se ipsos alerent. Si vero universalis expeditio pro nunc fieri non posset, erat penitus necessarium, ut periculis rerum Hungarie de presidio pecuniarum quamprimum provideretur, saltem pro hac estate, ut hostium impetus sustinere posset etc. ect. sicuti per Serenissimum Dominum Ducem huic Consilio relatum est. Respondeatur:

Longe nos ab officio deficere videremur, si pro ijs, que Magnificus ipse Orator nomine Regie Serenitatis Hungarie multa prudentia et elegantia nobis retulit, preteriremus silentio meritis cum laudibus commendare, quandoquidem nihil pro nostra sententia superaddi posset, quod ornamento et gravitati sue atribuendum sit. Regie vero Majestati Hungarie pro his, que libuit tam digne, tamque honorifice de nobis loqui, proque suo immenso in nos amore et affectione precipua, tantas gratias habemus, quantas animus noster capere potest, qui si Illustri quondam genitori suo felicis recordationis per continua tempora singulari benivolentia et caritate dejuncti fuimus, id multo magis, (si magis dici possit) cum Serenitate Sua agere semper intendimus. Quid Turchus perfidissimus hostis in eversionem christiani nominis moliri videatur, quid presertim machinetur adversus Regnum Hungarie, dudum bellis, cladibusque oppressum, intelleximus optime. Testamur Deum nostrum, cui nihil est abditum, semper nos calamitatibus Regni illius tantum indoluisse, quantum omni jure debemus; ad id et fidei ardor et honor christiani nominis et precipuus amor noster in Regiam Celsitudinem semper nos quam maxime impulerunt, cupidique fuimus et sumus hunc animum nostrum experiri posse et operibus commutare, quippe jam tempus advenit, quo principibus et potentatibus christianis per multum incumbit vigilandum esse, non amplius dormiendum: si divinam religionem colunt, si comuni saluti consulendum est. Non possemus dignis extollere laudibus Regiam Majestatem pro ferventi, magnanimoque proposito suo, proque tam salutifero ejus instituto mittendi Legationem suam ad Pontificem maximum, quam divino aspirante numine processisse non dubitamus, si quidem speramus et certo confidimus optimum eam fructum parituram esse. At quomodo libuit Serenissimo Regi nobiscum prius in particulari comunicanda esse, que

Pontifici maximo referenda sunt, consilioque et arbitrio nostro remittenda, agimus etiam hoc in loco maximas gratias Majestati Sue pro tanta humanitate et affectione in nos sua, nec sapientissimo consilio suo quicquam addi posse arbitramur; studia nostra et cogitatus omnes jam diu cupide convertimus, ut cohoperante Deo, res sancte expeditionis disponi possint. Cumque litteris Secretarij nostri apud Serenissimum Regem existentis, jam pridem certiores effecti essemus de mente Majestatis Sue, deque conditionibus Regni sui, et per medium Oratoris summi Pontificis apud nos, et frequentibus litteris et Nuntijs nostris, curavimus, nihilque apud Beatitudinem Suam ommisimus, ut periculis christianorum, presertimque rerum Hungarie occurrendum esset. Ab Sanctitate Sua responsa optima habuimus, nosque pro quanto ad generalem expeditionem pertinet, Beatitudinis Sue, quicquid in nobis est, magno et forti animo ultro obtulimus, gesturos apertum bellum et cum valida classe nostra nihil omnino pretermissuros, ut que contra hostem gerenda sunt, gloriose complecti possint. Scimus Pontificem maximum studiosam operam jam dedisse, ut inter Imperatoriam Majestatem et Regiam Serenitatem Hungarie inducie, seu belli more conficiantur, quas Sanctitas Sua, ut nobis nuper scripsit, non dubitat habituras esse locum. Scimus quoque Pontificem ipsum cum nonnullis alijs magnis principibus sanctum hoc opus expeditionis tractare, disponereque. Pro quanto vero ad particularem opem et pecuniarium presidium Serenissimo Regi interea conferendum spectare potest, ut hostium impetum formidare non habeat, cupidi omnis honoris et status sui, preteritis his diebus commemorandum duximus, et per litteras scripsimus Romano Pontifici, necessarium videri nobis, quod ultra celerem missionem in Hungariam unius Legati etiam per potentatus Italie, juxta compartitionem per Suam Beatitudinem faciendam, mensuatim, solverentur usque ad summam XII millia Ducatorum, cum quibus in Hungaria stipendio acciperentur saltem equites IV millia, qui opem Regie Majestati Sue ferre possent, utque Sanctitas Sua cerneret, quo animo id memorabamus, quamquam magnis, gravissimisque expensis essemus impliciti tum in classe nostra maritima, contra Turcos, quam longe potentiorem solito instruximus,

tum in muniendis locis nostris partium Orientis finitimis hosti, gentibus et presidijs, eramus tamen contenti contribuere illam partem istius expensi, que decens et honesta esset. Circa hec patefecimus libenter cor nostrum prefato Magnifico Oratori, ut omnia sicut nobis sibi aperta sint, speramus siquidem per hunc ejus accessum omnia in melius successura, felicemque exitum consecutura esse. Et nos, ut que diximus, jam tandem perfici possint, nihil unquam ex parte nostra pretermissuri sumus.

+ 158 — 2 — 3.

(Velenczei állam ltár 83. 1.)

81.

1462. A velenczei államtanács a pápát a magyar király kívánságai iránt tudósitván, ennek kérelmeit, ugy a török segély mint az erdélyi püspöki szék tárgyában ajánlja.

MCCCCLXII. die XXX. Martij.

Summo Pontifici Pio secundo.

Sapientes Consilij et » t. f. | Post quam sub die XX. presentis ab Beatitudinem Vestram litteras nostras dedimus cum insertis exemplis novorum ex Hungaria habitorum, huc attigit, et ad nos se contulit unus Secretarius et Orator Regie Majestatis Hungarie, qui ad conspectum Vestre Beatitudinis proficiscitur, pro his presertim rebus, que ad sanctam generalem expeditionem contra Turcum, et ad particularia presidia interea exhibenda Regno Hungarie dudum bellis et infidelium cladibus aflicto pertinere possunt, circa que idem Orator plurima nobis dixit, que pro nostra sententia ad salutem, et bonum statum christiane religionis magni ponderis sunt, ea omnia ipse coram Vestra Clementia explicabit, nos vero Sue Spectabili pro quanto ad generalem expeditionem attinet, responsum gratissimum dedimus, offerentes pro portione nostra in omnia concernentia honorem Dei, felicemque exitum expeditionis ejusmodi. Patefecimus

quoque sibi optimum animum, ferventemque dispositionem Sanctitatis Vestre ad nihil prettermittendum, ut sanctum hoc opus perfici possit, semper tamen circa rem istam servantes silentium debitum, circa ea, que Beatitudo Vestra diebus superioribus nobis scripsit. Pro quanto autem ad particulare presidium regno Hungarie conferendum spectare poterat, ut Turcorum impetum sustinere posset, decenter ac pertinenter locuti sumus, patefecimusque Spectabilitatis Sue, quod circa hanc partem per litteras nostras predictas proximis diebus Sanctitati Vestre commemorandum duximus, non dicemus, quantum conservatio regni illius magni facienda sit, quantumque toti christianitati conducat, ut succumbere non cogatur, quandoquidem hec omnia longe magis Beatitudini Vestre, quam nobis cognita sint, sapientissima est Sanctitas Vestra et circa ea disponet, sicut saluti christiani nominis ac immortali et eterne glorie sue convenire noverit.

Preterea orator ipse nos vehementer rogavit, ut cum bulle apostolice pro episcopatu Transilvanensi in personam Reverendi Domini Nicolai de Capolia*) fratris Thesaurarij Regie Majestatis Hungarie, in Romana Curia confecte sint, scribere et supplicare velimus B. Vestre, ut de sui solita clementia et benignitate dignetur edicere, quod Bulle ipse gratis et munifice concedantur, attento maxime, quod pro rebus fidei longe majorem pecuniarum summam exposuit, quam esse possit expensa bullarum istaram, quomodo sumptibus suis ad Turcorum oppositum tenuit equites CCCC. Id ipsumque imposterum agere prompto animo pollicetur, quod si tandem fieri non posset, saltem huc ad manus nostras bulle ipse mittantur, cum ordine, quod cum satisfactioni debite, et solutioni earum provisum fuerat, tradantur illis, quorum sunt. Gratam igitur esse volumus Sanctitatem Vestram, ut in re ista pro sua consveta clementia et munificencia exaudire nos libeat, id profecto gratissimum habituri sumus.

+ 148 — 0 — 0.

(Velenczei állam ltár 84. l.)

*) Zapolyai.

82.

1462. A velenczei államtanács a török elleni segély tárgyában ismételve ir a pápának, felajánlván e czélra havonkint 3000 aranyat, és emlékeztetvén a pápát a Magyarországba küldendő követség iránt.

MCCCCLXII. die XXII. Aprilis.

Summo Pontifici Pio secundo.

Sapientes Consilij
» t. f. et
» Ordinum

Quid Sanctitas Vestra novissimis Brevibus suis sexto et septimo hujus datis in responsionem eorum, que scripseramus, jampridem nuntiaverit nobis, gratissime intelleximus. Decet nos Beatissime Pater ea presertim, que honorem Dei conspiciunt, pro sui nominis gloria a Vestra Beatitudine filiali affectu, magnaque devotione suscipere. Ad primum ipsorum Brevium, quo agitur mentio de negotio principali, deque ardenti proposito S. Vestre, non expedire putamus, aliud esse dicendum, quando quidem in his, que ad Beatitudinem Vestram scripsimus, persistamus, cupidi jam accommodari tempus, quo dispositis rebus sanctum id opus aggredendum sit; per secundum duo a nobis declarari petuntur, si videlicet nominari velimus, et apertam oneris portionem accipere XII millia ducatorum, per potentias Italie solvendorum, de hinc, quantum pro portione nostra contribuere intendamus. Diximus sepe causas, quibus utile non solum, sed necessarium tenebamus, ut pro situ et conditionibus status et rerum nostrarum cum hoste, que a nobis pollicita essent, occultissima haberentur, id ipsum nunc quoque reiteramus: poterit Sanctitas Vestra pro solita ejus admirabili sapientia, etiam non nominando nos aperte, rem istam et bene conducere et votive perficere. Onus portionis nostre quanquam magnis et excessivis impensis gravemur in maritima classe, quam longe potentiorem solito instruximus anno isto, et in muniendis locis nostris orientalibus, gentibus et presidijs subire, tamen contenti sumus mensuatim ad summam ducatorum trium millium

per sex menses. Sanctitas Vestra cum alijs Italie potentatibus in eo, quod supererit, rem disponet, ut equam esse noverit.

Commemoramus etiam reverenter Beatitudini Vestre missionem Legati in Hungariam ex causis et respectibus alias Vestre Clementie declaratis.

+ 144 — 0 — 4.

(Velenczei állam ltár 86. l.)

83.

1462. A velenczei államtanács Thomasi magyarországi követét a Pápához irt levele tartalmáról és a Mátyás király részére ajánlott pénzsegélyről tudósitja.

MCCCCLXII. die V. Maij.

Circumspecto et Sapienti Viro Petro Thomasio Secretario nostro in Hungaria.

Sapientes Consilij et
» t. f.

Petre! Accepimus litteras tuas datas IV. Aprilis nuper efluxi, quibus displicenter intelleximus, quantum scribis de conditionibus regni illius, deque periculis gravibus, que contingere possunt, respectu Turcorum, qui sicut illic habebatur potenti manu contra Belgradum profecturi erant, ut expugnationi sue et jacturis regni illius nihil de possibilibus pretermitterent; nos vero, qui Regie Majestati Hungarie, ac bono et quieto statui Regni sui singulariter affecti sumus et qui cupidi semper fuimus et sumus in omnia, que commodum et gloriam suam concernere possint, quemadmodum diximus Oratori Sue Maiestatis, qui ad nos se contulit, dehincque ad Romanum Pontificem profectus est, sicuti etiam per litteras nostras diei secundi Aprilis preteriti tibi significavimus, nihil studij, aut diligentie apud ipsum Summum Pontificem pretermisimus, ut rebus illis Hungarie quamcitissime provideret; obtulimusque Beatitudini Sue solvere mensuatim debitam portionem nostram in favorem Regni ejusdem, commemorantes, quod una nobiscum per potentatus Italie mensuatim contribuerentur ducatorum

XII millia pro gentibus conducendis, que contra Turcos haberi possent, quid quippe fecimus quamlibentissime, non obstantibus gravibus expensis nostris, quibus impliciti sumus tam in classe maritima, quam longe potentiorem solito habemus in mare, quam in muniendis terris nostris finitimis Turco, gentibus et presidijs. Commemoravimus etiam Sanctitati prefate, celerem missionem unius Legati in Hungariam, videlicet Reverendissimum Dominum Cardinalem S. Angeli. Et quamquam ex his, que habemus, speramus bonam et optatam conclusionem istius materie intelligere, cupidi tamen magis quam unquam, ut id indilate sequatur, rursum scripsimus Romano Pontifici in efficacissima forma, ac etiam per medium Circumspecti Nicolai Sagundinj, Secretarij nostri, quem jam bonis diebus misimus ad Beatitudinem Suam, nihil studij et diligentie pretermittimus, ut huic rei detur citissima expeditio, quam dietim intelligere prestolamur; de quanto vero sequetur, litteris nostris te certiorem faciemus, ut omnia nostri parte quamprimum Regie Majestati nota facere possis, ad cujus presentiam volumus, ut quamprimum adire studeas, premissa sibi significando, subjungendoque, quod diligentes honorem et statum suum, sicut nostrum proprium, ac in re ista prevenire volentes, studiosam operam damus recuperandi ducatos X mille, quos vel per viam cambij, vel aliter quamprimum mittere curabimus ad partes illas, ut Serenitati Sue favori esse possint contra Turcos, de quorum missione, et per quos modos alijs nostris litteris explicitam noticiam tibi dabimus, ut omnia prefate Serenitati Sue significare possis, qui X millia ducati postea excomputabuntur in pecunijs, que pro portione nostra solventur, sicut predictum est. Bene autem volumus, ut nostri parte rogare debeas Majestatem Suam, quod ex multis bonis respectibus rem istam secretam tenere libeat.

+ 124 — 28 — 31.

(Velenczei állam ltár 88. l.)

84.

1462. A velenczei államtanács a török elleni segélyért sürgeti a Pápát, ismételve felhivén öt az olasz fejedelmeknek fölserkentésére.

MCCCCLXII. die quinto Maij.

Summo Pontifici Pio secundo.

Sapientes Consilij et	In responsionem brevium Sancti-
» t. f.	tatis Vestre dierum VI. et VII. Aprilis

nuper elapsi, dedimus ad eandem litteras nostras sub die XXII. mensis ejusdem, quibus ad declarationes petitas Beatudinis Vestre mentem nostram nuntiavimus, novissime vero ab Secretario nostro in Hungaria existente accepimus litteras datas quarto Aprilis, quarum exemplum, ut agamus de consveto more nostro Sanctitati Vestre, his implicitum mittimus, ut sciat, quibus in terminis res Hungarie constitute sint, et que pericula regno illi, sed verius christianitati imminere videantur. Novimus semper sapientissimam Sanctitatem Vestram, nec expedire multum putamus rei istius magnitudinem, que honorem Dei, salutemque christiani nominis tantopere concernit, aliter patefacere, quandoquidem hostis acerimus in christianorum exitium infentissimus regnum Hungarie subvertere moliatur, de hinc facile sibi spondens, cetera omnia imperio suo subigere, et pro insatiabili libidine sua, christianitatis nomen calcare posse, proxima sunt Beatissime Pater, et ut ita dixerimus, jam in foribus ista pericula celerrimam provisionem exquirunt, nec pacto ullo persuadeat sibi quisquam regnum Hungarie varijs calamitatibus afflictum, dillaceratumque, adversus tantum Turcorum furorem posse resistere: nisi remedijs occuratur. Nos, ut sepe diximus, necessariram judicamus missionem citissimam unius Legati in Hungariam, commemoramusque fideliter Reverendissimum Dominum Cardinalem S. Angeli, ob ejus eximiam prudentiam et rerum illarum experientiam. Optulimus in presidium Regni ejusdem de summa ducatis XII millia per potentatus Italie, solvendorum mensuatim pro portione nostra ducatos III millia.

Legati missionem signanter necessariam judicamus, ut ob ejus reputationem, Prelati et Barones regni magis ferventes, obedientesque reddantur, utque pecunie iste in conducendis militibus contra infideles utiliter dispensentur; oramus itaque Sanctitatem Vestram et summis precibus supplicamus, ut quamcito gravissimis periculis istis Sanctitas Vestra dignetur advertere, missionem Legati accelerare, et cum alijs potentatibus reliquum pecuniarum presidij istius, ut sibi equum videbitur, ad evitandum tantum excidium expedire. Id profecto V. Clementie maxime laudi et eterne glorie attribuendum erit.

+ 142 — 8 — 16.

(Velenczei állam ltár 88. l.)

85.

1462. A velenczei államtanács az előbbi ügyben római követét Sagundino Miklóst tudósitja.

MCCCCLXII. die quanto Maij.

Circumspecto et Sapienti Viro Nicolao Sagundino Secretario nostro ad Summum Pontificem.

Sapientes Consilij et
» t. f.

Nicolae! Ex his, que jam pridem habueramus per litteras Circumspecti Secretarij nostri Petri Thomasij, apud Regiam Majestatem Hungarie existentis, scribere statuimus Romano Pontifici sub die XX. Martij preteriti, sicut per exemplum litterarum, quod ad tui ampliorem instructionem mittimus his insertum, videbis, et ad ferendam opem, rebus Hungarie in periculo constitutis commemoravimus inter cetera, quantum necessarium putabamus, quod per potentatus Italie solverentur mensuatim X millia, in XII mille ducatos, juxta compartitionem per ipsum Summum Pontificem faciendam, cum quibus acciperentur stipendia in Hungaria equites IIII mille, qui regno illi contra Turcos favori essent. Ab ejus vero Beatitudine superioribus diebus accepimus responsum, cujus copiam implicitam his videbis, nosque ad declarationes petitas per S.

Suam circa materiam istam respondimus, sicut etiam per exemplum litterarum nostrarum diei XXII. Aprilis his inclusum videre poteris. Nescimus autem, cum etiam jam efluxus sit mensis, quod ad Romanum Pontificem se contulerit unus Orator Regie Majestatis Hungarie, imploraturus favores Beatitudinis Sue propter pericula regni illius, quid ipse consequi potuerit. In qua quidem expectatione manentes, cupientes plurimum intelligere, quid per Sanctitatem Suam decretum fuerit, et quid nobis respondere libuerit. Supervenerunt novissime littere prefati Secretarij nostri, diei quarti Aprilis nuntiantes gravia pericula regni illius, et quid Turcus pro illius subversione paret; copiam earum litterarum similiter ad informationem tuam mittimus his implicitam. Nos pro pondere tante rei cum deliberatione nostri Consilij Rogatorum scribere statuimus ad Pontificem Maximum per litteras, quas ad te mittimus his adjunctas, quarum etiam copiam presentibus insertam videbis, volentes et mandantes tibi, quod litteras ipsas nostras quamprimum presentare studeas Beatitudini Sue, ut de omnibus, sicut nos certior fiat, per quas sicut videbis, rursum optulimus Sanctitati Sue ducatos III millia in mense pro portione nostra. Solicitamus quoque Beatitudinem Suam ad missionem unius Legati, videlicet Reverendissimi Domini Cardinalis Sancti Angeli, sicut videbis, ideoque volumus, quod si nondum Sanctitas Sua deliberasset, seu fecisset conclusiones necessarias in ista materia, omne studium et diligentiam tuam adhibeas circa hoc, ut tollantur more, que non nisi summe nocive, ac perniciosissime esse possunt, utendo cum Beatitudine Sua omnibus illis verbis et rationibus, que tue prudentie videbuntur, si que comprehenderis Summum Pontificem difficultare materiam istam, quia diceret eam concludere non posse cum III millibus ducatis pro portione nostra, contenti sumus, ut non restet conclusio tanti boni, quod offerre possis nomine nostro Sanctitati Sue alios ducatos V centorum in mense, et non possendo etiam facere hoc modo, usque ad summam ducatorum IIII millium pro parte nostra, et si etiam cum ducatis IIII millibus fieri non posset, contenti sumus, quod promittere possis ad partem ad partem usque ad ducatos V mille per menses sex, sicut continue dictum est, nihil itaque ex

latere tuo de possibilibus omnittas pro votiva conclusione istius rei, quam habemus valde insitam cordi nostro, studeasque, quod Sanctitas Sua litteris nostris respondeat, et de omnibus quam celerrime reddes nos etiam tuis litteris certiores.

+ 142 — 8 — 16.

(Velenczei állam ltár 88. l.)

86.

1462. A velenczei államtanács Thomasi Péter magyarországi követét tudósitja, hogy a tiz ezer arany segélyből három ezeret a jadrai kormángzók utján küldi s a többit is mihamarább elfogja küldeni.

MCCCCLXII. die XVIII. Maij.

Circumspecto et Sapienti Viro Petro Thomasio, Secretario nostro in partibus Hungarie.

Sapientes Consilij et » t. f. | Petre! Postquam sub die quinto presentis litteris nostris cifratis ad te scripsimus, quantum haberes exponere Regie Majestati Hungarie, presertimque circa missionem ad illas partes ducatos X mille et ect. diligentem et studiosam operam adhibuimus circa modos, quibus tute et caute iste pecunie mitti possent, tandemque ex difficultatibus diversimode occurrentibus nullam aliam meliorem, tutioremque viam videmus, quam pro nunc mittere ad manus Rectorum nostrorum Jadre florenos hungaros tres mille, ut occulte illic teneantur, ad omnem requisitionem Nuntij prefati Serenissimi Regis; quamobrem volumus et mandamus tibi, quod his habitis, des operam adeundi presentiam Majestatis Sue, nuntiando sibi, nostri parte rem istam, quodque Serenitas Sua mittere potest quamprimum Jadram cum litteris suis illam vel illas personas fidas et secretas, que sibi videbuntur, ad accipiendum pecunias ipsas. Utque res ista melius procedat, mittimus tibi presentibus inclusos duos grossetos incisos pro contrasigno, quorum quidem grossetorum partes incisas Jad-

ram misimus ad manus Rectorum nostrorum. Grossetos autem predictos incisos consignabis Majestati Sue, ut illos dare possit Nuntio, quem mittet Jadram, ad accipiendum prefatos III mille fiorenos, ut ipsa contrasigna ostendere possit Rectoribus Jadre, qui eis visis numerari faciant sibi pecunias antedictas, sicut eis dedimus in mandatis, ut deferantur Serenitati Sue, sintque sibi favori contra Turcos. Reliquos vero mittere etiam curabimus, quo celerius esse poterit, vel per hanc, vel per aliam viam, quam meliorem, cautioremque esse noverimus. Bene autem rogabis nostri parte Majestatem Suam, sicut per alias tibi diximus, ut ex multis bonis respectibus libeat rem istam habere secretissimam apud se. De quanto per te fiet, ac de novis et alijs occurentibus reddes nos continuis tuis litteris certiores.

Et ex nunc captum sit, quod per virum nobilem Aluisium Diedo nunc proficiscentem Comitem Jadre mittantur dicti floreni tres mille.

\+ 129 — 1 — 1.

(Velenczei állam ltár.)

87.

1462. A velenczei államtanács Sagundino Miklós római követét utasitja, hogy az érdeklett ügynek Sancti Angeli bibornokot is megnyerni igyekezzék.

MCCCCLXII. die tercio Junij.

Circumspecto et Sapienti Viro Nicolao Sagundino Secretario nostro ad Summum Pontificem.

2. Sapientes Consilij » t. f. excepto Nicolao de Canal

Nicolae! Reddite sunt nobis littere tue dierum XIIII. XVI. et XVII. Maij novissime lapsi, quibus novimus gesta per te aqud Pontificem Maximum in executionem mandatorum nostrorum, et quid Beatitudo Sua responderit tibi, presertim difficilem faciendo missionem Reverendissimi Cardinalis Sancti Angeli Legati in Hungariam, tum ra-

tione persone, tum respectu expensarum; sed nihilominus Pontifex Maximus mittere instituerat pro Sua Rev. Paternitatem adhibiturus operam omnem, quod iret et ect. Intelleximus quoque, quod ex respectibus in litteris tuis contentis te elargare nolueras ultra summam III mille ducatorum pro portione nostra, quod nobis placuit audire. Subinde alias litteras tuas accepimus datas XXII. et XXV. mensis ejusdem, quibus singnificasti nobis adventum Viterbium prefati Reverendissimi Cardinalis, et reliqua subsecuta, pro quibus omnibus prudentiam et diligentiam tuam commendantes, respondemus tibi cum nostro Consilio Rogatorum: quod volumus, ut sumpta temporis opportunitate conferas te ad presentiam Romani Pontificis, dicesque nostri parte, quod pro magnitudine et pondere rerum occurrentium gratissimum nobis extitit intelligere optimam mentem, incensumque desiderium Beatitudinis sue circa facta Hungarie, nec minus etiam, quod Sanctitas Sua intenta sit ad provisiones quas facit, ut per potentias Italie presidia convenientia et necessaria huic sancto operi conferantur, quod tantopere concernit honorem dei ac salutem nominis christiani. Bene autem veluti devotissimi filij Sanctitatis Sue consveta magna reverentia nostra commemorare volumus, sic impresentiarium cogente pondere tanta rei, quod tenente Beatitudine Sua per Dei Clementiam, perque immensam sapientiam suam, locum supremi ac primi principis christianorum, magni momenti et exempli esset ceteris potentijs Italicis: si Sanctitas Sua adhiberet modum, ac provideret reperiendi pecunias, quas pro portione sua contribuere vellet, quomodo longe magis cum hac opera quam cum alia provisione, succurrente Sanctitate Sua huic tam sancte et necessarie expeditioni, ceteri omnes ad ferendam opem facilius induci poterunt.

Dices preterea Beatitudini Sue, habuisse in mandatis a nobis, sub litteris nostris credentialibus, quas ad te mittimus his adjunctas, visitandi Reverendissimum Cardinalem Sancti Angeli, nihilque omnino prettermittere, ut persvadeatur nostri parte, quod velit tamquam christianissimus et sapientissimus Dominus et in rebus omnibus, sed presertim in his negocijs Hungarie expertissimus, suscipere pondus Legationis istius,

omnemque curam, diligentiam et operam suam, in re tam sancta et laudabili, que salutem totius christiane religionis concernit, conferre velit. Et demum nihil ommittere, quod ad obtinendam hanc intentionem conducere possit. Et ita cum effectu facere curabis, certificando etiam R. Paternitatem Suam, quod prosequemur eam omnibus favoribus possibilibus. De responsionibus autem, quas habebis, ac de ceteris omnibus, que dietim occurrent, litteris tuis nos solicite advisabis.

+ 71, 72 — 6 — 19—15.

Ser. Nicolao de Canal Doctor Sapiens t. f.

At quomodo Beatitudo Sua commemorat, quod per litteras operam nostram apud prefatum Reverendissimum Cardinalem interponamus, ut onus Legationis predicte suscipiat, jussimus tibi, ut Reverendissimam Dominationem Suam sub litteris nostris credentialibus, quas ad te mittimus his adjunctas, nomine nostro visites, commemoresque conditiones et pericula rerum Hungarie, que tamen Dominationi Sue ob immensam ejus sapientiam et longam experientiam ante ejus occulos fixa esse semper non dubitamus, requiruntque presentiam unius Reverendissimi Legati, sicut esset Rev. Paternitas Sua, per cujus quammaximam reputationem apud Regiam Majestatem Hungarie et apud Dominos et Barones Regni istius, qui sibi mirum in modum affecti sunt, certissimum tenendum est, multa in honorem Dei, salutemque Regni et christianitatis confici posse. Et quod nihil inexpertum relinquas ad exhortandum et movendum Reverendissimam Paternitatem Suam, ut id onus et sanctissimum opus dignetur amplecti. Et ita cum effectu facere curabis etc. etc.

+ 47 — 52.

(Velenczei állam ltár 92. l.)

88.

1462. Buda. Thomasi a velenczei köztársaság fejedelmét tudósitja a török ügyekről, a Giskrával kötött békepontokról, a bosznyák királylyal való viszonyról, az országgyülésről, a korona visszaszerzése iránti lépésekről.

Serenissimo Princeps ect. Adi XII. da Vacia ala Vostra Serenita scrisse de turchi, quello se sentiva, et dela deliberatione facta per questa Regia Maesta de mandar el Magnifico Ladislao Vexei baron et mareschalco de la corte in suo ambassatore al Summo Pontifice, et quanto le havea in comissione. Dissi etiam dele pratiche tegnasse cum el Magnifico Iscla Boemo, cum el Re di Bosina et ultimo cum l'Imperador, per la qual caxone qui era et e el Reverendissimo Arcivescovo de Crede et quello etiam in dicte materie si sperava ect. Le qual lettere assignai a Jani Turcho mio corrier. Dapoi fu adviato dicto ambassatore, ne altro ha havuto in comisione di quello per dicte mie dissi.

De la pratica tenuto cum el Magnifico Iscla e successa bona conclusione in questo modo coe: si ha dato Iscla in tuto ala devotione de questo Signor Re, et obligato restituir tutte castelle et fortezze, che per luy et suoi se tenevano in questo Regno, et la sua Maesta e obligata a prefato Iscla dare fiorini XL millia, tre millia de presente, XV millia ala festa di San Jacomo et el resto ala fine del anno, et cussi de presente e restituito uno castello et gli altri restituirasse de tempo in tempo secondo i pagamenti. Da preterea la prefata Maesta a dicto Iscla uno castello di la dela Tiza de rendita de fioriny mille annuatim et soldo per cavali CL ala continua, che in verita e statu optima cosa, perche questo regno, che incessanter da quella parte era molestato, havra quiete et potra meglio ale cose de Turchi attendere.

De la materia fra questo Signor Re et Re de Bossina, secondo per dicte mie ultime scrissi, cum li ambassadori suoi niente anchor e concluso, pur spero imo mi rendo certo se aconcera ogni difficolta cum dinari, maxime per satisfar ad

Iscla etiam per dar modo al concordio cum l'imperatore, di quello nientemeno succedera, ne faro per mie lettere la Sublimita Vestra certa.

Adi XVIII. qui vene la Regia Maesta cum tutti Prelati et Baroni per dar principio ala congregatione generale, et cossi attrovandosi qui molti Prelati, Baroni et Zentilomini.

Adi XX. fo principiato dicta congregatione et promossa la materia del concordio del imperatore, et la necessita del dinaro si per el rihaver de la corona, come et per satisfar ad Iscla. Heri al tarde fo concluso de acceptare le conditione poste per la imperial Maesta et dato el modo al fatto del denaro da far scosso dai subditi, et benche queste parte al facto del denaro stano molto strette, tamen per le casone predicte et presertim per rihaver la Corona ogniuno ha condisceso. Par veramente a tuti, che finche questo regno non habi la sua Corona in liberta, non possi haver bon governo, ne in le cose sue bon exito.

Domani notificherasse tal conclusione al Reverendissimo Archivescovo de Crede, perche el possi transferirse al Serenissimo Imperatore, et notificarlo tuto; el concluso etiam, che ala fine del anno, perche avanti dicono, non si potra trar i denarj; acconfini del Imperador, se debbi conferir i principali Prelati et Baroni del regno con i denarj per torre la Corona et ne debbi andar questo Serenissimo Signor Re, in quanto el non sia impedito da Turchi. I capitoli veramente et conditione porte et acceptate, benche io mi rendi certo la Vostra Celsitudine per lettere del prefato Signor Archivescovo habi intexe, pur non restero ad cautelam summarii ala Sublimita Vostra chiarirli i, perche omnino del tutto sia advisata. Primo e contenta la prefata Imperial Maesta restituire a questo regno la corona de Hungaria cum conditione, che peri danni dice haver ricevuti per dicta caxone, li sia dato fiorini ottanta milla d'oro. Item, che questo Signor Re sia suo fiolo adoptivo et obligato a difendere prefato Signor Imperator contro ogn' uno, chel molestasse; item che tempore vite sue li resti il titulo di Reame d'Hungaria et chi etiam el prefato Signor Re sia tenuto scriverli. Item, che mancando questo Signor Re senza eredi, che questo regno pervengi al prefato Serenissimo

Imperatore, overo ai suoi heredi, che per i tempi fosseno. Item che al prefato Signor Imperatore debba rimanere quelle castelle, chel tene delle raxone di questo Reame, uno excepto, che restituir, contenta, et perche alcuni Signori regnicoli pretendono haver raxone in dicte castelle, dice nel dicto capitolo domente, che rimara d'accordo cum quelle pretendesseno in dicte castelle haver raxone. Item, che fiorini LXXX mille siano mandati ai confini con i principali Prelati et Baroni del regno per torre la Corona, et se possibil sia etiam ne vadi el Signor Re. Item, che ai dicti capitoli debbino sottoscriver la Regia Maesta et i principali Prelati et Baroni del regno da fir nominati per el prefato Serenissimo Imperatore. Siche suo principe Serenissimo etiam cessera i disturbii et suspitione da quello lato et contra Turchi potrano questi drezare i pensieri, loro piu di quello hanno fatto per el passato.

De Turchi per diverse vie si da Belgrado, como da Transilvania se intese, el Turcho haver fatto et far grandissimi apparati et congregar de zente, et quelli che mancho, dicano affermano de oltra persone CC millia, fra i quali dicono attrovarsi piu de Janissari XX. millia, chi dice el se direza contra el Valacho, chi dice in Transilvania et chi dice el venira contra Belgrado, ne altro certezza fin hora si ha, salvo uno terzo giorno per lettere di castellani de Severino, loco in Transilvania, al confine de Valachia fu notificato a questo Signor Re, el Turco cum gran numero di gente et munitione esser partito da Constantinopoli tre zorni da poi San Zorzo, appresso al quale se attrovava etiam el Bassa et che la fama era, vegnino per disfar el Valacho et contra questo regno. Diceno preterea dicte lettere, che sabato da poi la festa de San Jacomo et Filipo erano intrati in Danubio per el fiume della Moravia navaze et fuste al numero de trecento, le qual tutte se reducerano verso Bidinio, dove fama era, de li volia intrar el Turcho in Valachia. Dice etiam, che el Valacho haveva mandato suxu a monti tute femine et puti et luy con tutti altri soi da XII anni in suxu se haveva posto alla guardia de le rive del Danubio. Questa nova per altra via fin questa hora non si intende; meravigliasse ognuno, che dal Valacho non se ne habi adviso. Dice etiam el prefato Signor Re, che spazata

questa congregatione omnino discendera ai confini turchi. Ma pur Serenissimo prefato si po tenir certo, idio meraviliosamente, che venendo il Turcho, per el primo succedera la diffectione del Valacho, et poi quella di questo Regno, over ignominioso acordo a tuti christiani; questo dico per summa debilita del denaro de questo Signor Re. Di quanto piu oltra si intendera, ne advisero per mie lettere la Sublimita Vostra et ect. Bude XXVII. Maij MCCCCLXII. hora XX.

(Velenczei állam ltár.)

89.

1462. Buda. Thomasi követi jelentése a velenczei dogéhez a török sereg jöveteléről.

Serenissime Princeps etc. ect. Poiche hoggi scrissi ala Celsitudine Vostra, ma ha dicto el Reverendissimo Signor Vescovo de Varadino per parte de questo Signor Re, come per la via di Servia la Sua Maesta e advisata el Turcho cum lo exercito esser giunto a Sofia de Bulgaria. Meraviasse la Maesta Sua et tutti altri, che dal Valacho niente se habi. Questa nova, come la ho, cussi la scrivo ala Sublimita Vostra. Bude XXVII. Maij hora prima noctis.

(Velenczei állam ltár.)

90.

1462. Thomasi Péter követ jelentése a velenczei dogéhez a török mozgalmairól és Magyarország állapotáról.

Serenissime Princeps et Domine etc. ect. Per le alligate de di XXVII. quale fino questa hora ho retenute per veder se de turchi altro piu oltra se sentiva; la Signoria Vostra intendera tuto. Dapoi sono venuti a questa Regia Maesta diversi Usari chi da Belgrado et chi d'altri louchi de Servia,

affirmano el junger del turco in Bulgaria et piu oltra, che in la Servia principiano gionger de le zente, quale tute se extendono verso le rive del Danubio contra la Valachia, et cum el resto vuol venir contra Belgrado. Queste nuove tanto viene affirmato, che da ognuno viene extimato vera et per esser forza e dissolver questa congregatione, perche gia sono de quelli, che sono partiti et alla giornata se parteno, dicendo voler attender ala custodia dele terre loro comciosia, che non vedino el Re in tale asseto, chel se possi stare in campagna al incontro a dicti turchi. Sta ne la prefata Regia Maesta molto perplessa et questa nocte in navaze ha mandato verso Belgrado stambachinieri 500 et ordinato, el sia fornito de vitualie et dice voler discender in persona; ma se el fara, o no: non lo posso affirmare. Questo dico, perche io vedo Serenissimo Principe questo Serenissimo Re de Hungaria summamente povero de danari, ne etiam haver el modo cussi al improvisa recuperarne et per i pagamenti deputati per la Corona al Serenissimo Imperador non se pono in altro expender, forsi etiam segundo il judizio de molti, non se potrano scotere et qui senza danari nulla, o poco si puo far. Idio provedi et pur hieri sera fra alcuni Signori del Consiglio fono diversi raxonamenti per queste nuove de turchi, chi diceano mal esser stato, non haver acceptato el partito porto per el Turco i mesi passati; chi diceva, che se la provisione aricordata al Summo Pontifice havesse havuto loco in tempo, over ancora subito havesse executione, se potria salvarse non dai danni, ma dala totale ruina, non perche i cavalli 4000 fusseno sufficienti a tanta cossa, ma quella spesa, che intrasse in 3—4 mesi, se poneria in uno et quando la Maesta del Re se attrovasse dite gente appresso per uno mese, tutto el reame el seguiria a torre bataglia. Chi dice, che sel se potesse dal Turco obtenir le passate conditione da lui porte, non seria da refutarlo cumzosia, che Christiani puoco se ne curi. Dubito, che questi non facino qualche scapucio cum la ruina de tutti christiani da necessita conducti alla desperatione. Beni intende la Celsitudine Vostra, che si poco scapuzio non potria farsi, chel Turco non se facesse grandissimo Signore. Per

predicte mie dixi, quelle era deliberato nele differentie del Imperadore zoe de bona conclusione. Celsitudine Vostra humiliter ect. Buda XXVIIII. Maij 1462. hora XIX.

(Velenczei állam ltár.)

91.

1462. Buda. Thomasi követi jelentése a dogéhez a magyar-török és havasalföldi viszonyokról.

Buda 14. Junij 1462.

Serenissime Princeps et Excellentissime Domine etc. ect. Le ultime mie ala Excellentia Vostra forono de XXVII. et XXVIII. del passato assignate a Mateo Hongaro mio coriero, et per qualle inter cetera dissi la conclusione fatta nela generale congregatione di questo regno in materia del Imperatore, coe de acetar le conditione per lui porte etc. Dissi etiam, quello sentiva de lo exercito turco giunto in Bulgaria et de le gente, che principiano ad entrar in Servia et le provisione fatte per el Valacho, coe de haver mandato tute femine et puti ai monti et lui con tutaltri da XII in susu haversi posto ala guardia dele rive del Danubio dal lato suo et ogn' altra cosa, che fin quell' hora mi accoreva degna d'advisatione etc. Dapoi a 1. del instante per el giunger de Pangrazio corrier con summa reverentia recevj lettere de la Sublimita Vostra de di XVIII. del passato, per le quale inter cetera intesi la creatione de Vostra Sublimita, de la quale ralegrandomi summamente, infinite gratie al omnipotente. Idio referisco, supplicandoli se degni per longo tempo in felice stato conservarla. Et havendo ditto Pangrazio etiam lettere de la Celsitudine Vostra circa la creatione sua ala Maesta del Re, non feci parola ala Maesta sua, la quale ridutto con el conselio suo de Prelati et Baroni, feci introdure dicto corriero et lezer dicte lettere, et disseme, che benche la Maesta Sua et per lettere intendessi congratularsi con la Vostra Sublimita, nientemeno mi pregava, che dovesse scriver ala Vostra Serenita, che de la creatione sua si ne alegrava, quanto piu li era possibile.

Adi VII. del instante de qui se parti el Reverendissimo Arcivescovo di Crede verso l'Imperatore, per notificarli la conclusione de questo Signor Re. De quello succedera, che ragionevolmente altro non po esser, che la executione di capitoli conclusi, poiche qui sono lettere del prefato Serenissimo Imperatore nel Reverendissimo Vescovo di Varadino, per le quale conferma tute conditione concluse, non dubito la Celsitudine Vostra per lettere del prefato Signor Arcivescovo ne sara particolarmente de tutto in tempo avisato.

Dei progressi de lo exercito Turco la Celsitudine Vostra per dicte mie ultime, quanto fin quell' hora se sentiva, intexe. Dapoi questo Serenissimo Signor Re da novo ha havuto et certo el Bassa con circa persone LX millia utile, electe de tuto l'exercito, fra le quali essendo Janicari XXV millia, haver passato el Danubio et intrato in Valachia, et el Valacho, che con circa persone XXII millia se era posto alla guardia de le rive, non possendo sostenir tanto impeto, haverse posto in fuga, et fornite le fortezze, redotossi con tutti ali monti, dove per avanti haveva mandato tutte le femine, et puti, et molte victualie. La persona del Turco con el resto dele gente e a Silvanigra apresso Ainiopoli, et li ala giornata giongerli gente, chi tamen dice non ne esse la persona sua, ma el fiolo. Ma pur questa mattina me ha dicto questo Signor Re, haver per certo, che il Turco in persona se atrova in campo, et volei venir contro Belgrado, et che sono vi cinque Vajvodi; el Vajvoda Transilvano faceva chiamar tuti zentilhomini et popoli, che pono portar arme per soccorer el Valacho, secondo el comandamento de Signor Re. Sta el prefato Signor Re et quelli del conselio, che qui si attrovano, molto spaventati, dubitando, che el Valacho con el favor de Transilvano non si pena a tor bataglia. Pero questi sono popoli et quelli del Bassa sono homini electi et exercitati nele arme. Idio pervedi. Questo Signor Re incessanter et per lettere et per messi chiama, che ogni Prelato, Barone et gentilhomo, che pono portar arme se debi senza alcuna indusia ridure ad uno loco degna, pero dal fiume dela Tiza, doe piccole giornate appresso Belgrado, chiamato Zegedino, dove intende far la massa delle gente, et poi governarsi secondo li andamenti del exercito turco et cusi fra

sei fra otto zorni se partira Sua Maesta de quí, secondo se dice. Havia pregato questo Serenissimo Re, che per suo parte debi scriver ala Vostra Celsitudine, che vogli questi andamenti di turchi notificar al Summo Pontifice et a quelli altri Principi, che non credano al male da altruy, acio intendono se el Turcho dorme o veglia. (?) Di quello succedera, che in verita Serenissimo Principe non ne possando la mano Idio miraculosamente dubito per quello vedo et parmi intendere non sera se non male, peroche subjugata Valachia la Transilvania, che e due terzo di questo regno et il meglio convera inclinare. Bude XIV. Junij 1462.

Postscriptum. Come per altre mie ho scritto alla Vostra Serenita, la poverta di questo regno casone di tanti inconvenienti, quanti si vede.

(Milánói állam ltár.)

92.

1462. Thomasi jelentése a velenczei dogéhez a töröknek Oláhországba beütéséről és az ellenállók csekély erejéről.

Serenissime Princeps et Excellentissime Domine etc. etc. Dapoi scritte le alligate et retenute de ordine di questa Regia Maesta fino quest hora, sono messi et littere al Reverendissimo Vescovo de Varadino dai lochi suoi confini ala Valachia peri quali e avisato; el Turco personalmente con el resto dele exercito bombarde et tutti munitioni esser intrato in Valachia et che la fama e spaziata quella impresa vol vegnir contro Belgrado. Non so, quello piu oltra me deba dire, salvo pregar Dio, che ajuta christiani, per che grandemente e da dubitar, che le forze del Valacho con la Transilvana non potrano prevalersi dal turco. Di quello succedera, la Serenita Vostra sara avisata. La qual Idio vogli con la Santita de Sommo Pontfice instar le provisione le quale, benche sia da dubitar in tempo non possi supplire al bisogno, etiam il conforto summamente giovara. Gratie Vestre Sublimitatis me humilime commendo. Buda XV. Junij 1462.

(Velenczei állam ltár.)

93.

1462. A velenczei államtanács válasza Magyarország követének, a török elleni segély tárgyában.

MCCCCLXII. die XVI. Junij.

Sapientes Consilij » t. f. Quod Magnifico Domino Ladislao Vexen*) Baroni Hungarie ac Mareschalcho et Oratori Serenissimi Regis Hungarie, qui nuper ad presentiam nostram se contulit, et post generalia commemoravit gravia et imminentia pericula rerum Hungarie et christianorum, propter adventum Regis Turcorum cum potentissimo exercitu ad partes illas, ut omnia subvertere conetur, commemoravit quoque maximam fidem et confidentiam, quam Regia Majestas Hungarie capit de nostro Dominio, et singularem suam in nos affectionem, instantissime rogans, ut Regno illi, dudum varijs calamitatibus aflicto, et in maximis periculis constituto opem ferre vellemus, omnique studio procurare, ut R. Pontifex juxta commemorationem alias per nos factam celerem operam dare studeat ad succursum Regno ipsi, indilate exhibendum, sicut est tantopere necessarium, quodque ob id specialiter mittitur ad Beatitudinem Suam, confidens super omnia de interpositione et opera nostra, quod citissime providebitur et ect. sicut per Serenissimum D. Ducem huic Consilio relatum est. Respondeatur:

Quod vidimus et gratissime intelleximus ipsum Magnificum Oratorem, sique Regia Serenitas Hungarie pro sua benignitate et humanitate de nobis confidentiam capit, id quippe amplissime facere potest, quando quidem sumus, semperque esse disponimus Serenitati Sue maxima affectione, cordialique amore devincti ; nihilque profecto magis cupiamus, quam hunc animum nostrum Majestati Sue veris affectibus patefacere. Testamur Deum nostrum, cui nihil est abditum, semper nos calamitatibus Regni illius tantum indoluisse, quantum explicari posset, tum ex ardore fidei et honoris nominis christiani, tum ex precipuo amore nostro in Regiam Celsitudinem. Laudamus quoque, nec dignis laudibus extollere possumus

*) Vezsenyi László.

Regiam Majestatem pro optimo et ferventi ejus proposito, et pro deliberatione, quam fecit mittendi Legationes suas ad Summum Pontificem, reddentes nos certos, eas optimum fructum parituras esse, nosque profecto studia et cogitationes omnes nostras, jamdiu cupide convertimus, ut per B. Suam, que caput est christianorum, perque potentatus Italie Regno Hungarie presidia et favores citissime conferantur, tam per missionem unius Reverendissimi Legati, quam per provisionem pecuniariam, litteris, frequentibus nuntijs et Oratoribus, id incessanter apud Romanum Pontificem facere studuimus, commemorantes presertim necessarium videri nobis, quod per Beatitudinem Suam et per potentias Italie contribuerentur omni mense ducatorum XII millia juxta compartitionem per Sanctitatem Suam faciendam, cum quibus in Hungaria acciperentur stipendio saltem equites IIII millia, qui opem Regie Majestati ferre possent; licetque magnis expensis simus impliciti tam in classe maritima, quam continue tenemus contra Turcum, quam in muniendis terris et locis nostris finitimis hosti gentibus et presidijs, obtulimus tamen pro portione nostra mensuatim ducatos III millia, nec defecimus, nec defuturi sumus in aliquo, ut celeris provisio rebus Hungarie fiat. Scimus Summum Pontificem misisse Oratorem suum una cum Oratore prefati Serenissimi Regis ad potentias Italas ad exequendum hunc effectum, nosque et per medium Secretarij nostri, quem ob hoc tenemus apud Beatitudinem Suam et per continuas et assiduas litteras nostras nihil omnino pretermittimus, ut quotidie ferventius animetur ad rem istam votive expediendam, sicut sibi, qui princeps est christianorum, imprimis incumbit, agere cum effectu, ut alij suo exemplo moti faciliores reddantur ad omnia facienda. Speramus et tenemus rem hanc optime successuram, hortamurque ideo plurimum Magnificentiam Suam, ut bono animo vadat ad Summum Pontificem, commemoret gravissima pericula regni et christianorum, solicitetque ex parte sua hujus rei perfectionem, ac presertim debitam portionem per B. Suam faciendam, et nos sicut prediximus, nunquam defuturi ulla ex parte sumus de ijs omnibus, que a nobis fieri possint.

De responso et deliberatione predicta, detur noticia Nicolao Sagundino, ut omnia Summo Pontifici nota sint.

+ 122 — 10 — 6.

(Velenczei állam ltár 92. l.)

94.

1462. A velenczei államtanács levele római követéhez Magyarországnak a török ellen adandó pénzbeli felsegélyezés tárgyában.

MCCCCLXII. die XVIII. Junij.

Circumspecto et Sapienti Viro Nicolao Sagundino Secretario nostro ad S. Pontificem.

1. Sapiens Consilij
2. » t. f.

Qualia et quanta sint pericula rerum Hungarie, potuisti satis superioribus nostris litteris intelligere, maximeque ex his, quas novissime ad te scripsimus, in quibus insertas misimus copias litterarum Secretarij nostri, quem dudum in Hungarie partibus tenuimus, diei XXVIIII. Maij nuper decursi, reddimurque certi, quod ea omnia nota feceras Pontifici Maximo, quodque Beatitudo Sua neque immerito tantum magnifecerit nova ipsa, quantum omnipere fieri debet. Est nempe per Dei clementiam, perque immensam ejus sapientiam supremus christianorum princeps et pater omnium, sibique incumbit imminentia ista pericula, que ut ita dixerimus, in foribus sunt, imprimis considerare. Quomodo si — quod absit — Regnum Hungarie viribus Turcorum oppressum, succumbere cogetur, sicut quammaxime dubitandum est, quid exinde subsequi possit in excidium nominis christiani: facile intelligitur. Hinc itaque factum est, ut pro summo pondere tante rei, accuratissime vigilandum, futurisque malis citissime providendum necessarium quammaxime censeamus. Et quamquam, sicut ex litteris tuis accepimus, Summus Pontifex juxta commemorationem factam de XII millibus ducatis per potentatus Italie mensuatim contribuendis in favorem rerum Hungarie contra Turchos, de quibus pro portione nostra obtulimus

mense singulo solvere florenos III millia, omni studio curare videatur hujusce rei executionem apud potentias Italas, videmus tamen et quasi palpare cognoscimus, dilationes et moras, maxima et inconveniantia et pericula paritura esse, necessariumque penitus esse, quod B. Sua pro aliorum exemplo, sicut per alias ad te scripsimus, quamprimum modum adhiberet reperiendi pecunias, quas pro portione sua contribuere velit, ut per consequens alij ad rem istam facilius inducantur. Nos vero interea, ne Rex Hungarie spe futura succursus Sanctitatis Sue destitutus videatur, cum turcisque partitum capere compellatur, ut tantam christianorum jacturam evitemus, misimus pro parte portionis nostre ducatos VII millia et alias III millia, quamprimum certi erimus istos salvos pervenisse, ad manus Regias mittemus, ut intelligat Beatitudinem Suam sibi in hac contributione non esse defuturam; de qua quidem re volumus, ut Sanctitati Sue quamprimum secretissimam noticiam dare debeas, rogando eam instantissime nostri partes, ut hanc deliberationem pro maxima ejus importantia ad statum nostrum, occultissimam in pectore suo tenere libeat ita, ut nemini nota modo aliquo esse possit, studiosissimamque operam adhibeat, quod que circa rem istam per Suam B. et per reliquas potentias gerenda sunt, citissime exequantur, nec amplius teneantur in tempus et ect.

De parte 39.

1. Sapientes Consilij
1. » t. f.

Volunt, quod pro hujusce rei importantia differatur in ista materia, quousque habeantur littere a Secretario nostro, qui est ad Romanum Pontificem.

+ 80 — 3 — 5.

(Velenczei állam ltár 93. 1.)

95.

1462. A velenczei államtanács válasza a magyar követ előadására a török elleni segélyezés módozatai iránt.

2. Sapientes Consilij
2. » t. f.

Quia Magnificus Orator Serenissimi Regis Hungarie post factum sibi responsum juxta deliberationem istius Consilij, circa tria a nobis declarari petijt, primo videlicet, quando mittere velimus pecunias portionis nostre Domino suo Regis, — secundo, pro quanto tempore, — tertio, si occurreret, quod Summus Pontifex nihil facere vellet; quid nos facere velimus, vadit pars:

Quod dicatur ipsi Magnifico Oratori circa primam partem, quod pluribus jam diebus scripsimus et dici fecimus per secretarium nostrum Regie Majestati Hungarie in tali forma: quod certi reddimur Serenitatem Suam circa id bene contentam et satisfactam remansuram esse, ideoque persvademus et hortamur Magnificentiam Suam, quod vadat bono animo, et quocelerius potest ad Summum Pontificem pro meliori, celeriorique executioni eorum, que in hac materia gerenda sunt, sicque aliud Magnificentie Sue non dicimus circa hoc, volumus eam certam esse, quod id procedit bono respectu, et pro bono istius materie.

Circa secundam partem dicimus, quod contenti simus contribuere portionem nostram III milla ducatorum in mense per menses sex, sicut per primum Oratorem Regie Majestatis requisiti fuimus, et si ex necessitatibus illius Regni respectu Turcorum opus esse videbimus, ut subsidium nostrum per magis longum tempus fieri habeat, non estimantes minus pericula ejusdem regni, quam status nostri, declarabimus in hoc etiam Serenitati Sue per veros effectus, quantum sibi affecti simus.

Ad tercium respondemus: quod speramus et confidimus Summi Pontifici, cui tanquam supremo principi christianorum imprimis incumbit provedere circa res istas, cum effectu provivisurum esse, quodque id ipsum facient alie potentie, ad quod omnem studium nostrum adhibuimus, adhi-

bereque non cessamus, sed tamen si forte aliter eveniret, intelliget in hoc etiam Regia Majestas Hungarie, quod omni favore possibili prosequemur eum, et quod semper suis honoribus et commodis inclinabimur.

+ 92 — 3 — 4.

3. Sapientes Consilij | Volunt, quod propter importantiam istius materie differatur ad diem crastinam, et quod ob hanc specialem causam vocetur ea die istud consilium.

De parte 73.

(Velenczei állam ltár.)

96.

1462. A velenczei államtanács értesiti budai követét a Magyarország részére ajánlott hadi segélypénz folyóvá tételéről, és igéri továbbá is a török ellen támogatását.

MCCCCLXII. die XXVIII. Junij.

Circumspecto et Sapienti Viro Thomasio, Secretario nostro in Hungaria.

Sapientes Consilij et
» t. f.

Petre! Reddite sunt nobis littere tue dierum XIIII. et XV. mensis instantis, quibus intelleximus gesta per te apud Regiam Serenitatem Hungarie in executionem mandatorum nostrorum, ac nova et reliqua omnia occurentia, commendantesque prudentiam et diligentiam tuam, respondemus tibi cum nostro Consilio Rogatorum placuisse admodum nobis, quod Majestas Regia expediverit, ut scribis, die XV. presentis Nuntium suum profecturum ad Rectores Jadre, ac accipiendum illos III mille florenos hungaros, de quibus per superiores nostras litteras ad te scripsimus. Nam pro magnitudine amoris nostri ad Celsitudinem Suam et ad commoda omnia regni sui cupidi semper sumus, in omnibus sibi satisfacere posse. Et hinc est, quod perseverantes in hoc proposito nostro, misimus etiam diebus anteactis Jadram, ultra predictos III mille alios IIII mille florenos hungaros cum ordine, quod Rectores illi nostri eos similiter consignarent nuntio prefati Serenis-

simi Regis. Et licet scripserimus tibi de missione istorum IIII. mille florenorum, miserimusque ad manus tuas contrasigna duorum grossetorum incisorum, ut per Regiam Majestatem traderentur nuntio, qui se conferret ad accipiendum dictas pecunias, sicut in illis litteris datis XII. presentis, quas te accepisse non dubitamus, cavetur: advisamus tamen te, quod pro accelerando tempus ultra ordinem predictum datum Rectoribus Jadre, injunximus etiam eis, quod si primus Nuntius Regius lator III millium florenorum, secum etiam deferre vellet et istos IIII mille florenos, quos non dubitamus applicuisse Jadram ante expeditionem dicti primi nuncij, Rectores ipsi nostri consignarent etiam sibi ipsos IIII mille florenos simul cum III millibus, conducendos prefate Regie Majestati, non obstante, quod non exhiberentur eis contrasigna ipsarum pecuniarum ad te missa, sicut prefertur; jussimusque eisdem Rectoribus, ut si opus esset, providerent de bona scorta usque ad confinia Hungarie prefato Nuntio, qui si omnes pecunias dictas secum tulerit, bene quidem; quando vero non: secundum Nuntium Regie Majestatis cum contrasignis nostris, ipsos IIII mille florenos habiturum esse non dubitamus, ultra quas pecunias mittimus etiam de presenti Jadram alios III mille florenos hungaros, qui sunt supplementum X mille florenorum, pro quibus recipiendis per nuntium Regium, videbis his insertum contrasignum unius grossoni incissi, cujus aliam partem misimus juxta solitum ad Rectores Jadre. Eris itaque quamprimum ad presentiam Serenissimi Regis, premissa sibi significando, ut mittere possit pro pecunijs istis, declarabisque verbis amplissimis Majestati Sue, quam moleste audivimus nova, que nobis significasti de progressibus Turcorum, quantum sibi affecti sumus, cupimusque omnem ejus gloriam, et commoda sui status, quodque nihil omnino omisimus, nec omittimus, ut Sumus Pontifex et alij potentatus Italie absque mora prestent favores suos pro portione sua XII millibus ducatis in menses Serenitati Sue, sicut diximus Magnifico Mareschalcho et Oratori suo, qui his diebus, sicut etiam ad te scripsimus, expeditus a nobis ad Summum Pontificem profectus est, ut apud Secretarium nostrum, quem illic habemus, sollicitet celerem executionem eorum, que

circa hoc fieri habent. Post cujus quidem Regij Oratoris recessum a nobis habuimus littęras ab prefato Secretario, quibus nos certificat, Summum Pontificem dixisse sibi, velle contribuere pro portione sua singulo mense ducatos II mille, quodque primus Orator Regius cum oratore Romani Pontificis profecti erant ad alios Italie potentatus ad perfeciendam rem istam, nos vero indilate rescripsimus ipsi Secretario, quod una cum Oratore Regie Majestatis, qui nunc ultimo illuc se contulit, studeat per omnes modos dare certissimam expeditionem huic facto, quodque de presenti ex necessitatibus et periculis Regni Hungarie mittat Regie Majestati portionem suam trium aut quatuor mensis, offerentes et nos facere istud idem pro parte nostra. Et demum nihil inexpertum relinquimus, ut Serenissimo Regi per omnes modos, presidio et favori esse possimus. Hortaberis itaque nostri parte Majestatem Suam, ut pro consueta sapientia, et virtute sua, magno et forti animo se habeat in honorem summi Dei nostri, perpetuamque et eternam gloriam Celsitudinis Sue, totiusque Regni sui, quomodo per Dei gratiam res iste Italie ad favores Serenitatis Sue optime disponuntur, et de bono in melius processure sunt. Et nos de quanto continue habebimus, Majestatem Suam certiorem faciemus, quam instanter rogabis, ut factum pecuniarum, que per nos mittuntur, apud se pluribus dignis respectibus secretissimum tenere velit; subjungendo Serenitati Sue, quod ut per effectum intelligat, nos sibi in omnibus possibilibus non esse defuturos, preparabimus alios VIII mille florenos cito mittendos Jadram, similiter ad computum portionis nostre, ut sicut per alias ad te scribemus, Majestas Sua pro illis mittere possit.

Placuit nobis admodum intelligere, quod sicut scribis, secuturus sis Serenissimum Regem versus Segedinum, mansurus penes Majestatem Suam, et exercitum suum ad unam dietam, et ita volumus, quod facere debeas ut per continuas litteras tuas de occurentibus solicitam nobis noticiam dare possis, ita quod saltem singulis X diebus tuas litteras habeamus, sicut plurimum cupidi sumus; nec respicias ad expensas cursorum, quomodo eis hic libenter solvi faciemus.

+ 149 — 8 — 2.

Volumus preterea, quod prefato Serenissimo Regi dicere debeas, quod apud Romanum Pontificem omnimodam instantiam facimus, circa celerem expeditionem Reverendissimi D. Cardinalis Sancti Angeli, quem ad svasiones nostras Sanctitas Sua mittere statuit Legatum in Hungariam et ad ipsum Serenissimum Regem.

(Velenczei állam ltár 95. l.)

97.

1462. A velenczei államtanács római követét a töröknek Oláhországba beütéséről értesiti és buzditja a római széknél az ajánlott segély kieszközlésére, s a magyar követ kérelmének támogatására.

MCCCCLXII. die XXVIII. Junij.

Quod scribatur Circumspecto Nicolao Sagundino, Secretario nostro ad Summum Pontificem in hac forma:

Sapientes Consilij et
» t. f.

Nicolae! Postquam sub die XXII. presentis, significavimus tibi per litteras nostras adventum huc Magnifici Oratoris Regie Majestatis Hungarie et quid responderimus sibi circa presidia regni Hungarie, pro quibus ad Romanum Pontificem proficiscitur, supervenerunt nobis littere tue dierum XVI. XVIII. et XVIIII ejusdem, quibus inter cetera intelleximus responsum per Summum Pontificem tibi datum volendi contribuere in favorem rerum Hungarie pro portione sua Ducatos II mille singulo mense; quodque Orator Sue Beatitudinis simul cum Oratore Regis ejusdem itineri commissus erat ad potentias Italas accessurus, superveneruntque nobis littere Circumspecti Thomasij Petri, nostri Secretarij in Hungaria dierum XIIII. et XV. mensis hujus, nuntiantes nobis Turcorum Regem potentissimo exercitu trajecto flumine Danubij in partes Valachie fecisse insultum, cujus Dominus tantos impetus et conatus sustinere non valens, ad refugium montium cum suis se reduxerat, ne in nepharias Crucis hostium manus in-

cideret. Cumque littere ipse pejora, gravioraque pericula minari videantur: decrevimus pro magnitudine et pondere novorum istorum, exemplum earum litterarum his implicitum ad te mittere, volentes et mandantes tibi, quod de predictis omnibus studeas quamprimum Pontifici Maximo plenam dare noticiam, ut Beatitudo Sua, que princeps et christianorum pater est, de omnibus, sicut decens est, certior fiat, sique ad receptionem presentium prefatus Magnificus Orator Serenissimi Regis Hungarie, qui proxime his diebus a nobis dis cessit, illuc attigerit, seu cum primum aderit, comunicabis etiam secum nova predicta, ac sibi declarabis, quantum habuisti a Summo Pontifice, qui contribuere contentus est, sicut prefertur, pro portione sua ducatos II mille in mense. Estque mentis nostre, et ita cum nostro Consilio Rogatorum mandamus tibi, quod tam simul cum ipso Magnifico Oratore, quam etiam seperate studiosus sis adire presentiam Summi Pontificis solicitando, et nihil omnino de his, que apud Beatitudinem Suam fieri possint, pretermittendo, ut rebus Hungarie et consequenter christianis in tanto periculo constitutis, favores pecuniarum, quam citissime conferantur, commemorando in specie Beatitudini Sue, quod gratissime intelleximus, quantum Sua Sanctitas tibi dixit, circa contributionem pro portione sua ducatis II millibus singulo mense, quodque nos polliciti sumus ducatos III millia in mense, quos promptos habemus, offerimusque in tam sancto et necessario opere, sed cum provisio istarum pecuniarum fienda Regi Hungarie multum in celeritate consistat, ardet nempe, ut videtur, illis in partibus periculosissimus ignis, conditionesque regni illius tales sunt, quales non dubitamus Sanctitatem Suam optime intelligere, sciremus reverenter hortari, et filiali devotione Beatitudini Sue, persvadere, ut pro aliquali refrigerio, et remedio rerum illarum, Sua Sanctitas mitteret de presenti portionem suam trium vel quatuor mensium Regi predicto, quomodo et nos ad ipsum pro oblata portione nostra facere contenti sumus. Commemoramus quoque, ut cum Sanctitas Sua, jam alijs potentatibus Italie exemplum tradiderit in contributione ejusmodi, frequentibus litteris et nuncijs solicitare non desinat potentias ipsas ad contribuendam portionem

suam, agendumque omni celeritate, quecunque gerenda sunt, ne Regnum Hungarie, sicut quammaxime dubitandum est, aut perire, aut Turcis succumbere compellatur. De quanto autem in premissis fueris executus, et de quanto per Summum Pontificem agetur, per assiduas litteras tuas nos certiores efficies.

+ 138 — 1 — 8.

Volumus preterea et mandamus tibi, quod apud Summum Pontificem omnem honestam instantiam facere debeas circa expeditionem Reverendissimi Domini Cardinalis Sancti Angeli Legati profecturi ad partes Hungarie, cujus accessus tantum fructuosus et utilis erit, quantum sapientissimam Sanctitatem Suam longemelius, quam nos intelligere non dubitamus et ect.

(Velenczei állam ltár 95. l.)

98.

1462. A velenczei államtanács válasza István fejedelem követének a török elleni segély tárgyában.

MCCCCLXII. die XVI. Julij.

Sapientes Consilij
» t. f.
» Ordinum

Quod ad Capitula nostro Dominio porrecta per Spectabiles Oratores Ill. D. Ducis Stephani Sancti Save Respondeatur, quemadmodum superiore anno responsum fuit, quod quamquam pro magna virtute et magnanimitate Excellentie Sue, situ et alijs conditionibus locorum suorum, non dubitemus, quod in omnem casum prevalebit se, statumque suum viriliter contra ipsum Turcum defendet. Tamen si intelligemus aliquod periculum ei imminere, omnes possibiles favores nostros Excellentie Sue prestabimus, prestarique faciemus, quomodo et illius honorem et commoda, et conservationem status sui non minus, quam nostri proprij optamus.

Et quomodo alia capitula parvi momenti sunt, auctoritate hujus Consilij captum sit, quod per Collegium expediri possint.

+ 116 — 11 — 1.

(Velenczei állam ltár 97. l.)

99.

1462. A velenczei államtanács a clissai ügyben előbbi határozatától el áll.

MCCCCLXII. die XVIII. Julij.

2. Sapientes Consilij 1. » t. f.	Quoniam non facit pro nostro Dominio his temporibus immiscere nos in

negotio Clisij, precipue gratia Serenissimi Regis Hungarie, qui nostro Dominio amicus esse videtur:

Vadit pars: Quod pars capta XXIIII. Martij prope preteriti super ipso negotio Clisij revocetur in totum et per totum, adeo ut nullius vigoris vel efficatie sit.

de parte 76—80.

Ser. Paulo Bernardo Sapiens Consilij	Quia materia hujusmodi rei magni ponderis est, bonaque

consultatione indiget, vult, quod pro nunc supersedeatur, et ad unum aliud Consilium rejiciatur.

+ 73—74 — 2 — 3—1.

(Velenczei állam ltár 98. l.)

100.

1462. A velenczei államtanács Thomasi Péter követe által üdvözli Mátyás királyt a török elleni támadásban, és az ajánlott pénzsegély küldésének módozatait közli.

MCCCCLXII. die XVIII. Julij.

Circumspecto Viro Petro Thomasio, Secretario nostro in Hungaria.

Sapientes Consilij | » t. f. | Petre! Ternas litteras Suas accepimus datas XXVIIII. Junij, primo et tercio presentis, quibus intelleximus nova Hungarie, et reliqua occurentia, et quid presertim dixerit tibi Serenissimus Rex circa favores sibi prestandos contra Turcum, qui provincias illas Valachie subvertere conatur, ut exinde ad ulteriora procedat; intelleximus quoque ferventem animum et optimam dispositionem Regie Majestatis Sue, ad exeundum in castra, coadunandumque exercitum, ut hostibus resistere possit. Nobis, ut sepe diximus, magis molesta esse non possent, quecunque adversa contingant, tum ratione sincerissimi amoris et immense caritatis nostre in Serenitatem Suam, regnumque istud, tum pro commodo totius nominis christiani, nec dignis videmus laudibus posse extollere Majestatem Suam, que magno et forti animo procedat, ut crucis hostibus se opponat cum immortali et eterna fama Celsitudinis Sue, saluteque et conservatione regni sui. Nos vero, sicuti etiam alijs superioribus nostris litteris intelligere potuisti, in omne decus et commoda Majestatis Sue et regni istius nihil pretermisimus, nec ex parte nostra pretermissuri sumus. Misimus hactenus Jadram ducatos X millia, quorum VII milla pluribus jam diebus habuit nuntius Regius deferendos Majestati Sue, sicut litteris Rectorum Jadre facti sumus certiores; reddimurque certi, ante has, pecunias ipsas Serenitati sue fuisse delatas, quodque miserit pro alijs III millibus accipiendis cum contrasignis ad te missis, ultra quos X mille ducatos, advisamus te, quod parseverantes in proposito et solita affectione nostra, sicut proximis diebus tibi scripsimus, ad

ipsum Serenissimum Regem, ultra dictos ducatos X mille nos missuros esse ducatos VIII millia; ita mittere quamprimum intendimus Regie Majestati Sue ducatos X millia, ita ut a nobis accipiat ducatos XX millia. Et ita, quamprimum Serenitati Sue referes nostri parte, quam etiam advisabis, quod Sumus Pontifex sicut novissimis litteris Secretarij nostri apud eum existentis accepimus, deliberavit pro portione sua solvere equites mille eidem Serenissimo Regi, et ita respondit ultimo Oratori Majestatis Sue, qui illic fuit, et nunc ad ipsum Regem regressurus est. Jussitque Summus Pontifex quod illi VII millia ducati, qui sicut tu etiam scribis, sunt apud Reverendissimum Cardinalem Strigoniensem, in hoc subsidio conferantur, deliberavitque supplementum subsidij predicti Sanctitas Sua quamprimum remittere ad partes illas, nosque jam scripsimus et apud B. Suam omnimodam operam damus, quod saltem remittat alios VI. mille ducatos. Et demum certificare poteris Regiam Majestatem, quod nihil ex parte nostra omissuri sumus, ut rebus suis per omnes modos favere possimus. Prefatos autem X mille ducatos mittemus, quo celerius poterimus, vel per prefatum Oratorem suum, quem inter hos dies hic expectamus, vel per alium modum, quem celeriorem esse putabimus.

Adjunctas litteris tuis, accepimus litteras Regie Majestatis directivas primo Oratori Suo, qui missus fuit ad potentatus Italie, quarum litterarum exemplum, habitum ab ipso Serenissimo Rege, etiam ad nos misisti, sicut ipse tibi jussit. Pro qua quidem re, et pro multa humanitate et affectione, qua in rebus omnibus nobiscum utitur ejus Majestas, volumus, quod sibi nomine nostro gratias ingentes habeas, maximeque in ea parte, per quam scribis eam per cedulam quandam in dictis litteris insertam, mandare Oratori suo, quod tam in differendo, quam in reddendo ad Serenissimum Regem Orator ipse sequi debeat nostram opinionem, que est solita affectione nostra loquendo, quod ipse primus Orator ad huc differat apud S. Pontificem, ut una cum Secretario nostro solicitet quecunque gerenda sunt.

Misimus itaque litteras prefatas regias ad manus Secretarij nostri predicti, cum ordine, quod illas reddat eidem

Oratori, sibique declaret hanc opinionem nostram. Tu vero de successibus rerum illarum studiose eris continuis litteris tuis nos certiores efficere. Pangratium cursorem cum nostris litteris ad te misimus pluribus jam diebus, quem ad nos remittas, et etiam de alijs cursoribus illarum partium; nosque si alios cursores practicos hic habere poterimus, eos ad te mittemus.

+ 127 — 20 — 4.

Post hec advisamus te, quod de summa X millium ducatorum, quos — ut prediximus — Serenissimo Regi mittere statuimus, de presenti Jadram florenos IIII mille hungaros mittimus, et ob id videbis his implicitum contrasignum medietatis unius grossoni, quod Majestati Sue quamprimum presentabis, ut nuntio — quem mittet Jadram — illud consignet, presentandum Rectoribus illis nostris, quibus misimus aliam partem grossoni predicti cum ordine: quod eidem Nuntio Regio ipsos IIII mille florenos immediate debeant numerare.

(Velenczei állam ltár 98. l. Doc. II.)

101.

1462. A velenczei tanács Sagundino Miklós római követe által a Pápát a magyar-török ügyben gyors segélyre ösztönzi.

MCCCCLXII. die XVIIII. Julij.

Circumspecto Nicolao Sagundino, Secretario nostro ad S. Pontificem.

Sapientes Consilij et » t. f.

Nicolae! Ultime tue littere ad nos reddite sunt dierum XIII. et XIIII. presentis, ex quibus intelleximus, quid Rom. Pontifex tibi dixerit circa responsum Oratoris Regie Majestatis Hungarie, quod responsum deinde te presente Sua Sanctitas sibi fecit, videlicet, volendo solvere equites mille per tres menses eidem Serenissimo Regi, quodque bona pars pecuniarum pro ista expensa erat aqud Reverendissimum Cardinalem Stri-

goniensem, quas Sua Sanctitas in hoc exponi juberet, et de reliquo provideret et ect. Respondentes itaque cum nostro Consilio Rogatorum volumus et mandamus tibi, quod his habitis des operam adeundi presentiam S. Pontificis, cui imprimis nomine nostro gratias ingentes habebis de comunicatione predicta et de humanissimis verbis et modis, quibus nobiscum utitur sua clementia, quodque intelleximus responsum per eam datum Oratori Hungarie, reddimurque certi. quod pro ardenti desiderio B. Sue, in rebus fidei et christianorum nihil unquam de possibilibus omissura sit pro salute nominis christiani. Dolemus ex corde, quod principes et potentatus Italie in hoc tam sancto et necessario opere difficiles videantur, utque S. Sua intelligat gravissima pericula Hungarie et Valachie, sequentes solitum morem nostrum, mittimus his implicita exempla litterarum, quas ab Secretario nostro in Hungaria existente novissime habuimus, que quidem pericula, cum maxima sint, certissimi sumus, quod Sanctitas Sua piissima et sapientissima tantum magnifaciet, quantum omni jure merentur, futurisque malis dignabitur occurrere, nos autem cupidi semper cum Beatitudine Sua reddere nos conformes, notum ei facimus, quod misimus indilate in Hungariam, et ad manus prefati Serenissimi Regis ducatos X mille, sed quomodo judicio nostro res iste Hungarie magnis periculis proxime sunt, provisioque earum in celeritate consistat, et summa pecuniarum, que sunt aqud Reverendissimum Cardinalem Strigoniensem, ut ex litteris Secretarij nostri illis in partibus, intelleximus, sint ducatorum VI millia. que summa cum nostris X millibus ducatis, judicio nostro tante rei et opportunitati non satisfacit, non desinemus solita filiali devotione nostra reverenter commemorare, et devotissime supplicare, ut computatis pecunijs, que sunt aqud ipsum Reverendissimum Cardinalem, supplere et providere quamprimum libeat usque ad summam XX millium ducatorum. Stringuntur nempe pericula illa per modum, quod utinam non peniteat christianos principes tarde nimium credere voluisse. Hoc autem mandatum nostrum apud S. Pontificem prefatum acuratissime exequi studebis, et de quanto deliberabit Sanctitas Sua, nos solicite litteris tuis certiores facies.

Mittimus ad te his adjunctas litteras prefati Serenissimi Regis, directivas primo Oratori Suo, qui ad potentias Italas se contulit, quas volumus, quod sibi presentare debeas, si illuc attigerit, vel quamprimum ibi erit. Et quomodo, ut scripsit nobis Secretarius noster in Hungaria, qui etiam de ordine Serenitatis Sue misit ad nos copiam ipsarum litterarum, licet Rex ipse ordinet sibi per litteras ipsas, quod cum quanto habuerit a Sum. Pontifice recedat rediturus ad Regem, neque voluisset, quod ad potentias Italie accessisset, tamen videtur, quod in litteris ipsis sit quedam cedula, per quam ipsi Oratori Rex jubet, quod circa reditum suum, vel non, sequatur opinionem nostram, volumus, quod ipsi Oratori dicere debeas, quod utile esse putamus, quod adhuc illic differre debeat, solicitetque presidia apud S. Pontificem, et aliter, sicut melius et utilius esse cognoverit; de qua quidem re nos etiam litteris nostris per medium Secretarij nostri in Hungaria noticiam dabimus illi Serenissimo Regi, quem non dubitamus bene contentum permansurum esse.

Demum volumus, ut Pontifici Maximo nostri parte instantissime supplices, ut libeat penes se habere secretissimum factum pecuniarum, quas misimus et missuri sumus ad prefatum Serenissimum Regem.

+ 129 — 1 — 1.

(Velenczei állam ltár 99. l.)

102.

1462. II. Pius pápa levele Sfortia Ferencz mailandi herczeghez, hogy Magyarországot a török ellen szintén segítse.

Pius Papa II. Dilecte Fili! salutem et apostolicam benedictionem.

Noluimus tue nobilitati incognita esse, que cum Oratoribus Carissimi in Christo filij nostri Mathie Regis Hungarie proximis diebus acta sunt. Ea enim, que quicquam ponderis in se habent, libenter tecum communicamus, presertim quod ad communem Christiani populi rem pertinet. Cum

affirmaretur Imperatorem Turcorum magnas parasse copias, ut Regnum Hungarie, aut finitima ei Christianorum loca invaderet: Rex ipse, ut suos tutaretur fines, omnem curam adhibuit et copias militum, quam majores potuit, paravit. Et quoniam eas non satis ad arcendam hostium vim esse putavit, convertit se ad alia auxilia exquirenda. Oratorem igitur suum ad nos misit, opem implorans, cui nos certam pecunie summam polliciti sumus et petenti nuntium concessimus nostrum, quod una secum nostro etiam nomine principes et communitates Italie, ut opem ferant, hortaretur, quos ad nobilitatem tuam jam pervenisse credimus. Nuper vero cum res magis ferveret et imminens rei discrimen apparere videretur, alium Rex Oratorem ad nos misit, virum magni pretii et experientie de primoribus Regni, petens: ne Hungariam deseramus, vallum Christiani populi, qua est porta ad invadendas fidelium nationes. Nos autem, ut Excellentia tua probe novit, multis ac magnis ob tutelam Neapolitani Regni expensis, quas vix ferre possumus, impliciti sumus; considerantes tamen, quantum detrimenti Christiana respublica pateretur, ubi Turcus in Hungariam irrumperet, statuimus, ut mille equites nostra impensa in Hungaria conducantur. Et ita mandatum dedimus et pecuniam, quam pro Regni illius tutela et hostium, ubi oportunum Regi videatur, invasione constituimus. Voluimus hec tue nobilitati nota esse, quam etiam hortamur, ut pro tuenda Christi fide consilio et ope, ubi potes, non deficias. Ita enim Deo rem gratam efficies et apud homines gloriam inmortalem consequeris. Datum in Abbatia Sancti Salvatoris Clusinensis Dioecesis sub annulo piscatoris, die XVIII. Julij MCCCCLXII, Pontificatus nostri anno IIII-o.

G. de Piccolominis.

Dilecto filio Nobili Viro Francisco Sfortie, Duci Mediolani.

(Milánói állam ltár.)

103.

1462. A velenczei államtanács bizonyos tárgyalt ügynek fontosságát tekintve, eltiltja annak elárulását.

MCCCCLXII. die XXIII. Julij.

Ser D. Dux Consiliarij Ser Hector Pasqualigo Ser Guilelmus Guerino Ser Joannes Gradenico Ser Filippus de Molino Ser Hermolaus Pisani.	Quod attenta maxima importantia materie, que in hoc Consilio presenti die tractata est, cujus pondus longe melius intelligitur, quam

explicari possit, nemo extra hostium istius Consilij de ea verbum aliquod facere possit, nec per aliquem actum, demonstrationem, signum, aut aliam conjecturam quicquam alicui declarare aut propallare sub pena haveris et persone et sub juramento, cui omnis obligati sint. Et omnes de isto Consilio die lune proxime teneantur venire ad illud, ut huic materie debitus finis imponi posset.

+ 150 — 0 — 0.

Serenissimus D. Dux et Consiliarij	Item die XXVI. Julij in Rogatis iterum posita et capta fuit pars

supra scripta.

+ 105 — 0 — 0.

(Velenczei állam ltár.)

104.

1462. A velenczei államtanács határozata a pápa követének adandó válasz iránt.

MCCCCLXII. die XXVI. Julij.

Ser Hieronimus Barbadicus Sapiens Consilij	Contulit se ad Serenissimum Principem nostrum Joan-

nes Benassai, et loquens a se, nonnulla secreta explicavit, que ut dixit, cogitaverat, circa adventum S. Ponti-

ficis ad hanc urbem nostram, sicut per ipsum Dominum Ducem huic Consilio relatum est, propterea vadit pars:

Quod Serenissimus D. Dux respondeat Joanni Benassai, si veniet petiturus responsum, optime intellexisse ea, que ex se cogitavit, et postea secum communicavit, unde multum comendari meretur; et dicimus sibi rem hanc multis de causis magni ponderis et momenti esse, precipue quod Summus Pontifex dominus tante dignitatis et auctoritatis se moveret, nisi prius res melius disponantur, que graviori consilio opus habent.

\+ 92 — 3 — 2.

Ser. Nicolaus de Canali D.
Sapiens t. f.

Quod considerata importantia istius materie, et attento, quod die crastina venturus est ad presentiam Dominij unus Orator Summi Pontificis: differatur ad unum aliud Consilium. — De parte 77.

(Velenczei állam ltár.)

105.

1462. Balbi Domokos jelentése a velenczei államtanácshoz a töröknek Dragul oláh vajda elleni hadjáratáról.

Da Constantinapoli adi XXVIII. Julij. 1462. Dominicus Balbi, Bajulus ala Signoria di Venetia.

Illustrissime Princeps etc. Aviso la Vostra Excellentia Signoria, come la nave retenuta da di 27. Marzo infin adi XXI. del presente cum grande faticha e spesa ho possuto havere licentia ala terza volta, et non solo ritengono il passo del mare, ma anche a terra pochi possino andare, e quelli cercano non portasse lettere de nove, che apartegnesse ai turchi, per la qual cosa io non ho possuto avisare la Vostra Signoria apieno de progressi de questo Signor. Hora quanto al presente accade, per questa avisero. Essendo passato el dicto Signor in Valachia, trovo el paese vacuo et de hominj et de ogni sorta de victualia; et erano tuti reducti ale montagne et

loghi munitissimi, procedendo aduncha i Turchi molto assentiti e riguardosi temendo detracti de Dracuglia; non se potera tanto guardar, che Valachi non li facesse danno et maxime de notte et questi non erano ultra che persone CC. Dapoi, che Turchi forono apresso la montagna, el Dracuglia cum circa persone 30 millia assalto el campo circa due volte et feceli grande damno et la seconda volta se non fusse stato avisato el Turcho, se tien de certo li haveria facto grandissima paura; ma trovandolo provisto, benche animosamente venisse ale mani, nientemeno non lo potera offendere molto per essere tutto el campo serato et muniti, di cari et cameli intorno, et nisuno Turcho usira de fuore, ne dava contrada alo inimico et cussi fo battendo da hora quattro de nocte sino ala diana (chiara), li Valachi se partiva susu le lor stantie; a casu uno Haly beghi Capitaneo de questo Signor ritornava da far preda et havea preso circa 1500, de le quale da Valachi per primo havea havuto spia et guida, dove erano fugiti et solo erano femine et puti, el quale Haly cum homeni circa 80 millia scontrandosi ad uno passo cum Valachi gia afatigati e stanchi, fu ale man cum loro et da una parte et del altra fu fato grande tagliata in modo, che da volunta cadauno se parti et fu morto dei Valachi circa cinque millia et Turchi circa XV millia, la qual cosa sentendo el Signor Turco, subito levo il campo et passo la fiumara indreto, et a di XI. del presente ziunse in Hadrianapoli circa i confini de la Valachia, lasso el fradello de Dracuglia cum alcune bandieri dei Turchi per tentar li animi de Valachi, de quanto volesseno lassar el Dracuglia convenir de quest altro. Hora si dice esser stato preso cum circa 4 millia turchi et messo al palo.

L'armada da mare de questo Signore, insieme cum el Signor della Valachia bassa ando a combatere el castello delij costomo (?) intorno, al qual stette circa zorni 8 et non li ha possuto far alcuna cosa, anzi sono stati morti azapi in grande numero et cum vergogna son tornati et comunamente tutti malmenati.

Item e prohibido de cavare ramij et piombi et cuoij, che torna a grande danno dei mercadanti.

(Milánói állam ltár.)

106.

1462. A velenczei államtanácsot István fejedelem, fiának, Vladiszlávnak a törökhöz pártolásáról, s ennek folytán az őt fenyegető veszélyről értesitvén, a köztársaság pártfogását kéri.

MCCCCLXII. die XIII. Novembris.

Capitula porrecta per Oratores Illustrissimi D. Ducis Stephani.

Excelsa Signoria! Som certo, haveti intexo, come el mio figliolo Vladisavo e andato contra la mia volonta al Imperador Turco, et digando al Imperador, chel mio padre me cazo del mio paexe et non dagandome la parte de la mia heredita, che me apartien. Pertanto prego la Vostra Signoria et per questa caxone som vegnudo ai pie de la Vostra Signoria, che me fate la parte de territoria dezo, che tien el mio padre Ducha Stephano, el qual Vladisavo promete alo Imperador Turco centomilla ducati, et anche piu zo che, sera mio sera al tuo commando, cusi el paexe, come i castelli. Al qual lo Imperador rispose: donde haverai centomilla ducati, dapoi che tu e cazato fuora del tuo paexe et da tuo padre? Et Vladisavo li rispuse, che la Signoria de Venexia me imprestera cinquanta millia ducati et Ragusei altri cinquanta millia. Pertanto pregamo la Vostra Signoria se i haveti promessi, non li dati, et se non li haveti promesso: non li prometeti; perche ho manda ai Ragusei mei Ambassadori, loro zurano che non li hanno promesso niente et si non li promettera, perche hanno mazor bixogno per li soi facti, cha per nui. Et oldando lo dito Imperador le promesse del mio fiol Ladisavo, li dete grandissima hoste de Turchi, che vegnisse sopra mi et sovra lo mio paexe, commendandome lo dito Imperador, che daga la mita del mio paexe al mio figliolo. Et in quello mezo sovrazonse li Hungari al Danubio, per questa caxon non oserano intrar nel mio paexe questi Turchi cum mio fiolo. Et dapoi alquanti zorni mando l'Imperador el suo Ambassador a mi, digandome: el tuo figliol me ha promesso cento millia ducati, per tanto datimi vui cento millia ducati, over datemi

tre castelli. El primo Corobuch, el secondo Mizevaz, li qual do castelli sono a confini de Ragusi, el terzo castello Zazevina, el quale a confini de Dalmatia. Et dagandome vui cento millia ducati, overo questi tre castelli, io daro bona parte del mio paexe a to fiolo Vladisavo et in el tuo paexe non tochero niente, per questa caxon te domando questi castelli per esser piu appresso Venitiani et Ragusei. Pertanto Excellentissima Signoria ho deliberado piu tosto morir, che dar questi castelli, ne cento millia ducati al Turco. Et cussi som certo, che questo anno nuovo vignera el suo exercito contra di me nel mio paexe. Pertanto prego la Vostra Signoria Excellentissima se per caxo mesera de bixogno, che la Vostra Signoria me sovegni de ballestri, et de arme, et parte de soldadi, perche sempre ne ho dito Exc. Sua el mio paexe et li miei castelli sono sempre ai vostri commandi. Et se la Vostra Signoria mandera alguno Ambassador al Turco, fate che el mio facto ne sia recommendado. Et anchora Exc. S. supplica el Ducha Stephano ala Vostra Exc. Signoria, che quando el mio barba Vaivoda Sandal ha vojudo dar el tributo al gran Turco et vui l'haveti conseiato, cheli daga, et cussi prego la Vostra Signoria dati a me conseio, zo che debio fare, pero, che non ho mazor amigo, che la Vostra Signoria.

Et siando zonti nui Ambassadori a Ragusi, et spectando el tempo de partirne, vene uno zentilhomo del nostro Signor Duca Stefano, per lo qual ne mando digando: Dapoi ne partisti da mi, vene uno Ambassador del Turco da mi, per lo quel me mando a dire; e ho sentito, che tu te tiem cum el Papa, et si te manda li suo Ambassadori, et tu li mandi i tuo ad esso. Et similmente cum la Signoria de Venexia. Et per questo te commando, che tu non habbi a far niente cum la Signoria de Venexia, ne cum el Papa. Et io li resposi, che mio padre et mio barba sempre ha habudo per suo Signori li Venetiani, et cussi anche io li vojo haver per mie Signori. Pertanto prego la Vostra Signoria, se un altra volta me mandasse questa Ambassade, de me conseio, che resposta i debo fare et ect.

(Velenczei állam ltár 126. l.)

107.

1462. A velenczei államtanács válasza Matyás királyhoz az oláh fejedelem hütlensége iránt.

MCCCCLXII. die XV. Januarij.

Serenissimo Domino Mathie, Hungarie Regi.

Sapientes Consilij et
» t. f.

Libuit Serenitati Regie Vestre litteris ejus nuper ad nos delatis, significare infestum casum Vaivode olim Valachie, qui adversus Majestatem Vestram, regnumque vestrum tantum facinus perpetrare molitus erat. Nos vero, qui amore precipuo ac singulari affectione Serenitati Vestre devincti sumus, et qui profecto felicibus rebus omnibus, faustisque successibus Majestatis Vestre letamur quammaxime, adversis vero semper indoleremus, habemus gratias, et quidem ingentes Serenitati Vestre pro comunicatione hujusmodi, quam a sua in nos immensa benivolentia processisse non dubitamus. Nec satis laudare eam possimus, pre adhibitis remediis, proque provisionibus per eam factis, tam in partibus Transilvanis quam Transalpinis, et alibi, ut rebus Regni, salutique status vestri, Serenitas Vestra non minus opportune, quam sapienter consuluisse, providisseque videatur. Reliquum est, quod Majestatem Vestram certissimam esse voluimus, eam esse mentem nostram, eumque animum semper nobis esse futurum, ut omnem sublimationem, omnemque splendorem et gloriam Celsitudinis Vestre non minus quam proprium, gratissimam semper ac jucundussimam habituri sumus.

+ 143 — 1 — 0.

(Velenczei állam ltár 135. l.)

108.

1462. A velenczei államtanács válasza Thomasi Péter magyarországi követéhez Drakulya oláh vajda ügyében, egyuttal helyeselvén Mátyás eljárását a bosnyákországi fejedelem és az István közt tervezett szövetség, valamint a Signoriához küldendő követség iránt, tudatja a saját török elleni, különösen tengeri fegyverkészülődéseit, a pénz küldését igéri, és négy bibornok kinevezéséről értesiti.

MCCCCLXII. die XV. Januarij.

Circumspecto et Sapienti Viro Petro Thomasio, Secretario nostro in Hungaria.

Sapientes Consitij et » t. f.

Petre! Reddite sunt nobis littere tue dierum primi, tercij et XXVI. Novembris, quas in eam usque diem retinisse scribis, quia sic visum fuit Regie Majestati Hungarie ex causis et respectibus in litteris tuis contentis. Intelleximus ex eis, quecunque tunc usque occursa illis in partibus, ac casum retentionis Draguli olim Vaivode, circa quam rem idem Serenissimus Rex etiam per suas litteras nobis scripsit, et respondentes tibi dicimus, quod laudantes prudentiam et diligentiam tuam, tam pro omnibus, que nobis significasti, quam pro his presertim, que dixisti et fecisti apud Suam Serenitatem, est nostre intentionis et volumus, quod esse debeas ad ejus presentiam, Sueque Majestati presentare litteras nostras presentibus alligatas responsivas ad eas, quas sicut premittitur, nobis scripsit, cujus quidem responsionis nostre copiam ad tui informationem mittimus his implicitam, juxta quam in verbis, que circa hoc habebis cum Serenitate Sua, volumus, quod te debeas gubernare.

Intelleximus preterea quantum scripsisti nobis, habuisse ab Serenissimo Rege, et ab Reverendissimo D. Episcopo Cenadini nomine Majestatis Sue, de optima dispositione sua procedendi tempore novo magnanime contra Turcum, nec expectare velle, quod ab ipso Turco preveniatur. Intelleximus quoque, quantum Majestas sua dici et svaderi fecerat Serenissimo D. Regi Bossine, ac Illustri Duci Stephano circa

unionem invicem habendam, ut unite et magis potenter procedatur et ect. Quodque Regia ipsa Majestas Hungarie mittere instituerat ipsum Dominum Episcopum Cenadiensem Oratorem suum ad S. Pontificem et ad nos. Circa quam materiam respondentes dicimus, quod laudamus plurimum responsum per te datum. Quomodo non est dubium, quod si Serenitas Sua cum effectu procedet contra prefatum Turcum : id ipsumque facturi sint prefatus Rex Bossine, et Dux Stephanus, indubie sperandum erit Majestatem Suam aqud Deum et homines maximum meritum, laudem et gloriam consecuturam esse, regnumque illud suum secure et quiete possessurum esse.

Et circa partem Oratoris mittendi dicimus, quod intuitu Serenitatis Sue videbimus semper eum leto animo et libenter, quando quidem in omnibus concernentibus honorem et comoda Majestatis Sue cupidi semper simus.

Volumus quoque, quod prefate Regie Majestati dicere debeas, quod ut obviare possimus machinationibus Turchi, armare deliberavimus et cum omni studio armamus triremes triginta, quas anno isto in mari omnino habere intendimus.

Petiisti a nobis pecunias pro tuis expensis, cui rei, ut satisfaciamus, advisamus te, quod vel per medium Leonardi Desiderij, vel per aliam viam curabimus tibi providere, quo celerius poterimus.

Preterea notum tibi facimus, quod per litteras Oratoris nostri ad R. Pontificem facti sumus certiores B. Suam elegisse nuper quatuor ex Reverendissimis Cardinalibus, videlicet: Nicenum, Sancti Angeli, Rothomagensem et Sancti Marci, qui providere habeant rebus Hungarie, et alijs negotijs contra Turcum.

Post hec alias litteras tuas accepimus datas XXVIII. Decembris, ad quas aliud pro nunc non attinet respondere.

\+ 143 — 1 — 0.

(Velenczei állam ltár 137. l.)

109.

1462. A velenczei államtanács a Magyarországban időző Sancti Angeli bibornok pápai követhez egy külön követ küldését határozza s hozzá a török elleni ügyben levelet intéz.

MCCCCLXII. die quinto Augusti.

Sapientes Consilij et 2. Sapientes t. f. | Quod ad Reverendissimum Dominum Cardinalem Sancti Angeli Legatum in Hungaria mittatur unus nuncius noster cum infrascripta comissione:

Mandamus tibi, quod quanto celerius potes, ad iter te committas et solicitando cum omni possibili diligentia in Hungariam ad Reverendissimum Dominum Cardinalem Sancti Angeli Legatum apostolicum te conferas, cui presentatis litteris nostris credentialibus et factis salutationibus et oblationibus convenientibus exponas, quod per litteras Reverendissime Paternitatis Sue diei XV. Julij proxime elapsi intelleximus et non sine animi nostri singulari molestia et displicentia, pericula regno Hungarie imminentia, propter coactam Turchorum potentiam et seviciam suam in christianorum perniciem, a quibus malis nullo modo aut nos, aut quisquam christianus dominus alienus esse potest. Et meminimus, quantum Rev. Paternitas Sua nobis dixit, et affirmavit, quando in Hungariam proficiscens hic fuit apud nós, et quantum secum tractavimus, et nos facturi polliciti sumus, dolemusque ex animo christianos potentatus non ita paratos et succinctos esse, ut nos quoque salvis rebus nostris, ea efficere in presenti valeamus pro defensione christiane religionis, que mentis et intentionis nostre sunt. Nam Reverendissimam Paternitatem pro sua innata prudentia plane intelligere non dubitamus, quanta nobis consideratio et advertentia singularis habenda est, ut tot civitates, oppida, populos et subditos christianos, quos ad fines Turcorum in diversis provincijs habemus, secureque per pacem nostram degunt, temere, et inconsiderate in manifestissimam perniciem et desolationem

non inducamus, quorum ruina non solum nobis, sed universis etiam potentijs christianis gravissime jacture et periculi esset. Et propterea sicut tunc Reverendissime Dominationi Sue diximus, ita replicamus, quod quando sentiemus alios christianos potentatus rem ipsi aggredi, sicut ejus magnitudo exigit, nos quoque paratissimi et promtissimi reperiemur ad omnia, que defensionem christiane religionis, honorem et amplitudinem Ecclesie Sancte Dei spectant, non minus quam majores nostri et nos quoque semper facere consveti simus.

Facta autem expositione predicta, et sumpta diligentissima et minuta informatione de conditionibus illius provincie de apparatibus, qui fiunt, de progressibus Turcorum et de omnibus novis et rebus occurentibus ad nostram cum omni diligentia redire debeas.

De parte — 90.

2. Sapientes t. f.
2. » Ordinum

Quod litteris Reverendissimi Domini Cardinalis Sancti Angeli Legati in Hungaria lectis huic Consilio, respondeatur:

Accepimus litteras Rev. Paternitatis Vestre diei XV. Julij elapsi, per quarum tenorem, et copias litterarum ipsius litteris insertas, non sine animi nostri displicentia intelleximus pericula illius regni. Verum recordamur, quod quando Rev. Dominatio Vestra Hungariam proficiscens, hic fuit apud nos, nobiscumque de rebus illis sermonem habuisset, inter cetera nobis retulit et affirmavit Principes et potentatus ultramontanos bene dispositos esse, et inter alios Serenissimam Imperatoriam Majestatem obtulisse Summo Pontifici quadraginta millia armatorum et ect: nos autem ad ea, que ipsa Rev. Paternitas Vestra a nobis de mente et intentione nostra intelligere petebat, respondimus, quod existentes illius antiquissime sententie et dispositionis, que a patribus et majoribus nostris hereditarium quoddam munus pro honore et amplitudine christiane religionis nobis relictum erat, moventibus se alijs christianis potentijs, et pro eorum viribus incumbentibus nos quoque illius perfecte mentis, et ardentis animi esse reperiemur, cujus semper fuimus per elapsum; impresentiarum vero non videmus, sicut etiam Rev. Dominatio Vestra scribit, quod aliquis aut se moverit, aut ad iter

paraverit preter solos Hungaros, et hos etiam non omnes; unde consideratis rebus et habitis respectibus, quos digne et convenienter nos habere decet, propter conditiones status nostri terrarum et locorum nostrorum et innumerabilis numeri animarum christianorum que sub dicione nostra ad confines Turcorum in diversis provincijs degunt, que omnia cum Vestra Rev. Paternitate coram tractavimus, et communicavimus, aliud dicere non sciremus, quam illud idem replicare, videlicet, quod quando sentiemus alios christianos potentatus et presertim ultramontanos rem ipsam aggredi, et eos cum effectu miti et agere: nos qui tocies et primi et soli pro honore Dei et gloria ejus sancte Ecclesie et religionis pugnare soliti sumus, non reperiemur ultimi, aut negligentiores, quam majores nostri et nos semper esse consveti simus.

Et ex nunc captum sit, quod littere predicte, mittantur pro unum proprium Nuncium, et caballarium nostrum, qui eis presentatis prefato R. Domino Cardinali, subito ad nos redeat.

+ 8 — 2 — 6.

(Velenczei államltár 98. l.)

110.

1462. A velenczei államtanács római követe által a pápát a Magyarország részére adandó pénzsegély tárgyában sürgeti.

MCCCCLXII. die quinto mensis Augusti.

Circumspecto Nicolao Sagundino, Secretario nostro ad S. Pontificem.

Sapientes Consilij et » t. f.

Nicolae! Certi reddimur ante has, te accepisse litteras nostras, quas sub die primo presentis simul cum exemplis litterarum a Secretario nostro in Hungaria habitarum, ad te missimus, quibus significavimus nova Turcorum, et gravissima pericula, que regno Hungarie et christiano nomini imminebant, que omnia enemus per te Pontifici Maximo nuntiata fuisse; nec dubitamus

Sanctitatem Suam pro gravissimo pondere tante rei, proque immensa ejus sapientia, nova ipsa tantum magnifecisse, quantum omni jure merentur; ac quantum fidei nostre, et saluti christiane religionis conveniat, cujus est Beatitudo Sua per summam providentiam Dei nostri meritissimus Princeps. Ad nos quoque proxime hic diebus se contulerunt Orator B. Sue, ac oratores Regie Majestatis Hungarie, quorum alter cum ipso Oratore apostolico ad potentatus Italie profectus est, ex quorum relatione percepimus, quid potentatus ipsi Italie responderint contribuere velle in auxilium rerum christianorum, de qua quidem oblatione, que judicio nostro tante oportunitati, et discrimini minima est, satis profecto admirati, acque perplexi remansimus, unde volumus et mandamus tibi cum nostro Consilio Rogatorum, quod quamprimum operam dare debeas adeundi presentiam R. Pontificis, premissa sibi significando, quodque loquentes cum S. Sua, sicut devotos ejus filios decet, quanto magis consideramus conditiones rerum Hungarie, ac potentiam et perfidiam tanti hostis: tanto magis clare cognoscimus, de gravioribus malis et periculis christianos principes dubitare debere, que si quod absit, regnum Hungarie in perditionem iret, facile contingere possent, quas ob res necessarium judicamus, ut sibi succurrandum sit omni ope possibili, ut tantum excidium evitetur, utque bona mens nostra Sanctitati Sue cognita sit, dicimus, non obstantibus gravissimis expensis, quibus terra marique impliciti sumus, quod quamvis per menses sex promiserimus ducatos termille in mense, volente tamen B. Sua portionem suam augere et majorem contribuere summam, quam se facturam obtulerit, et alijs etiam potentiis Italie continuare volentibus in promissis, et augere portiones et oblationes suas: nos quoque contenti erimus pro dictis sex mensibus non solum contribuere fiorenos III millia in mense, sed etiam quatuor et V millia secundum quod Sanctitati Sue videbitur pro rerum opportunitate, et pro tantis periculis evitandis, quodque potentatus Italie per Oratores Sue S. et per omnes illos meliores modos, quos summa ejus sapientia judicabit, exhortentur, excitentur, et inducantur ad majores oblationes, quam hactenus, facte sint, quam rem eo facilius

secuturam confidimus, quo Beatitudo Sua exemplo sue liberalitatis movebit alios potentatus, laudaremus quoque, quod pecunie omnes iste cum omni celeritate mitterentur ad Regem Hungarie in tantis periculis constitutum, ut auctore Deo, intervenientibusque provisionibus S. Sue, regnum illud pro comuni christianorum salute conservari possit; pro anno vero futuro secundum rerum exigentiam provideri poterit. Mandatum hoc nostrum omni studio adimplere curabis, et nos, de quanto habueris, indilate certiores efficies.

+ 117 — 0 — 2.

Litteras his insertas directivas Pontifici Maximo, et Reverendissimo D. Cardinali Sancti Petri ad Vincula subito et immediate consignare studeas, nam multum important, et celerem responsionem requirunt.

(Velenczei állam ltár 101. l.)

111.

1462. A velenczei államtanács a cseh király követének a török elleni liga felállítására czélzó előterjesztését helyesli.

MCCCCLXII. die nono Augusti.

Sapientes Consilij et » t. f.

Quod Spectabili militi Domino Antonis Gallico, Oratori Serenissimi D. Regis Bohemie, qui ad presentiam nostram venit, et sub litteris credentialibus Regis ejusdem longo ordine verborum declaravit nobis optimam dispositionem, fervensque propositum Domini sui Regis, ac Regis Pollonie, ad procedendum magnanime contra Turcum, nepharium hostem nominis christiani, commemoravitque ligam et intelligentiam faciendam esse inter hos principes christianos, videlicet Regem Franchorum, Reges ipsos Bohemie et Pollonie, Regem Hungarie, Ducem Burgundie, Ducem Saxonie, et nos, dominiumque nostrum, quibus potentatibus unitis procedendum erat ad ruinam et exterminium istius comunis hostis, sicut facile fieri poterat per modos, qui invicem servari possent et ect.; sicut per Ser

D. Ducem huic Consilio relatum est, respondeatur: quod gratissime intelleximus, quantum idem Sp. Orator nobis prudenter exposuit, cum nempe parte Serenissimi Domini sui Regis, multa nobis commemoraverit concernentia honorem Dei, ac salutem nominis christiani; nihil est profecto, quod libentius, aut jocundius audire possemus, quam quod sancte expeditioni contra perfidum hostem istum votivus effectus, ac desiderata executio dari possit. Agimus Serenitati Sue ingentes gratias pro sapientissimis commemorationibus suis factis in ista materia, quas non satis laudare, nec commendare posse cognoscimus, cupidi hoc sactissimum opus tantopere necessarium, super omnia, jamtandem perfici posse; in qua quidem re pro portione nostra, veluti christi fideles, prompto et libero animo pollicemur, quicquid in nobis est, nihilque una cum potentatibus predictis de possibilibus pretermittere in excidium hujus hostis; ideoque hortamur Sp. ipsum Oratorem, ut inceptum opus bono animo prosequatur, ut fiat unio et intelligentia cum potentijs antedictis, sicut multum desideramus, quomodo sicut diximus magis cupimus videre conclusionem, quam practicam, ut ostendere possimus factis et operibus cordis nostri sinceritatem. Commemoramus quoque et laudamus, non obstantibus his, que idem Sp. Orator dixit nobis, quod Summus Pontifex in hanc intelligentiam intervenire deberet. Nam cum sit caput et princeps christianorum: dubitari non debet, quod ejus auctoritas multum conferet huic rei, et erit magni momenti his, que agenda erunt, reddimurque certi, quod Sanctitas Sua semper postpositis reliquis omnibus, prompta erit ad faciendum honorem Dei, et salutem christiane religionis.

Bene autem hortamur et rogamus ipsum Sp. Oratorem, ut ista preter illos ad quos pertinent, cum alijs non comunicentur, sed secreta teneantur.

+ 128 — 0 — 1

(Velenczei állam ltár 101. l.)

112.

1462. A velenczei államtanács határozata a corbovai grófokhoz küldött követ részére a modrusi püspök megszabaditása, a sebenigói adósok és Pál horvátországi bán ügyében.

MCCCCLXII. die XII. Augusti.

Sapientes Consilij et » t. f.

Mense preterito ad instantiam Summi Pontificis, qui super hoc efficaciter ad nos scripsit, misimus Dominicum Stella Secretarium nostrum ad Comites Corbavie pro obtinenda liberatione R. D. Episcopi Modrusiensis, retenti per ipsos Comites, qui per reditum ipsius Dominici, nobis referri fecerunt, quod contenti erant ipsum Episcopum cum rebus suis, sue restituere libertati, cum hoc tamen, quod per litteras nostras patentes eis promitteremus, quod idem Episcopus, nullo unquam tempore faceret, nec fieri faceret contra eos, occasione Episcopatus Corbavie, aut ob hanc ejus capturam et retentionem contra eos non tentabit, seu procurabit aliquam novitatem. Et antequam ulterius in re ista procederetur, visum fuerit Collegio de responso, et promissione, quam petunt ipsi Comites, dare noticiam R. Pontifici, qui, sicut per breve suum lectum isti Consilio intelligitur, contentus est, quod faciamus promissionem predictam et ect. Et complenda sit opera ista, propterea vadit pars:

Quod prefatus Secretarius noster remittatur ad Comites Corbavie, cum promissione predicta juxta breve Summi Pontificis facienda per litteras nostras, et cum illa commissione circa effectum predictum, que videbitur Collegio.

Committatur etiam eidem Secretario, quod cum sicut a Rectore Jadre facti sumus certiores, in Sebinico sunt debitores nostri exigibiles pro dacijs et aliter de libris XIV m., rem istam diligenter intelligere debeat, et omnimodam operam adhibere apud Comitem nostrum ibidem, quod dicte pecunie exigantur, mittanturque, si non in totum, saltem in bona parte Jadram, sicut est quammaxime necessarium.

Preterea quia Bannus Paulus Croatie damna et novitates subditis nostris intulit, et inferre non cessat, detur etiam sibi circa hoc illa commissio, que videbitur Collegio.

+ 102 — 0 — 5.

(Velenczei állam ltár 102. l.)

113.

1462. A velenczei államtanács meghagyja Thomasi Péter magyarországi követének, hogy hazajövetelét elhalassza és a török-elleni segélypénz elkésését igazolja.

MCCCCLXII. die XI. Octobris.

Petro Thomasio, Secretario nostro in Hungaria.

2. Sapientes Consilij	
2. » t. f.	

Petre! Anteactis diebus scripsimus tibi et concessimus licentiam, quod repatriare posses. Postea vero accepimus litteras tuas datas duodecimo et XIV. Septembris nuper decursi, quibus intelleximus progressus Regie Majestatis Hungarie et exercitus secum existentis. Intelleximus quoque inconvalescentiam tuam, et reliqua, que ad nos scripsisti, et respondentes tibi cum nostro Consilio Rogatorum dicimus, quod licet concesserimus tibi licentiam ipsam, volumus tamen, quod ea non obstante, differe debeas in partibus illis pro hortamine rerum istius Serenissimi Regis, utque etiam restitutioni valitudinis tue operam dare possis, dando nobis notitiam per litteras tuas, quanto diligentius poteris de successibus Majestatis Sue in illis partibus Valachie, et de omnibus, que occurrent, quousque circa reditum tuum aliud tibi dabimus in mandatis.

Circa partem ducatorum 1800, quos scribis per nos non fuisse solutos, dicimus, quod littere tue cambij multum tarde nobis fuerunt exibite, et nuntius, qui eas detulit, solum diebus quatuor hic stetit, et cum tanta frequentia recessit, ut expediri nequiverit, sed dabimus operam solutioni pecuniarum ipsarum. Verum ex nunc captum sit, quod mitti debeat unus

alius Secretarius noster ad Regem Hungarie, loco ipsius Petri, ut eo ad partes illas appulso, idem Petrus repatriare possit.

+ 92 — 3 — 11.

(Velenczei állam ltár 115. l.)

114.

1462. A velenczei államtanács tudósitja római követét, hogy a Magyarország részére fizetendö 1800 arany készen áll.

MCCCCLXII. die XII. Octobris.

Nicolao Sagundino, Secretario nostro ad Summum Pontificem.

Sapientes Consilij et | » t. f.

Nicola! Superioribus diebus hinc recessit quidam Presbyter Nuntius R. P. Domini Episcopi Transilvanensis, qui est frater Magnifici Thesaurarij Serenissimi Regis Hungarie, detulitque nobis idem Nuntius litteras cambij Petri Thomasij Secretarij nostri in Hungaria de ducatis 1800, quos petijt pro solutione bullarum Episcopatus predicti, per Summum Pontificem sibi collati, nos autem tum ex occupationibus nobis occursis, tum quia nuntius ipse paucis diebus hic stetit, non providimus ita repente solutioni litterarum predictarum, quare volumus et mandamus tibi, quod his habitis des operam reperiendi te cum Nuntio predicto, declarando sibi premissa, quodque pecunie predicte prompte et parate sunt ad omnem voluntatem suam.

+ 126 — 0 — 4

(Velenczei állam ltár 116. l.)

115.

1462. A velenczei államtanács válasza Thomasi követe részére, a Rozgony Jánossal tárgyalt ügy és a római pápához küldendő magyarországi követség tárgyában.

MCCCCLXII. die XXXI. Januarij.

Circumspecto Petro Thomasio, Secretario nostro in Hungaria.

Sapientes Consilij et » t. f. Petre! Per cursorem istum binnas litteras tuas accepimus datas IX. et X. presentis, ex quibus inter cetera novimus, quid dixerit tibi M. D. Joannes de Rozgon, Baro Hungarie, illius reputationis, quam scribis; quid etiam sibi responderis, intelleximus optime, commendantesque prudentiam tuam, cum nostro Consilio Rogatorum, respondemus tibi, quod est nostre intentionis et volumus, ut des operam reperiendi te cum ipso M. D. Joanne, dicendo sibi, quod ex officio et debito in nos tuo, dedisti noticiam nostro Dominio de verbis, quibus jampridem tecum Sua M. usa est, tangentibus regnum illud; ac quantum svadet, ut Rev. Cardinalis Sancti Angeli mittatur Legatus in Hungariam pro faciendis his, que in litteris ipsis tuis caventur; hos vero, qui ad commoda regni illius fuimus semper et sumus affecti, cum habeamus apud Pontificem Maximum unum Oratorem nostrum, scripsimus quamprimum de re ista, ac misimus ei exemplum litterarum tuarum, jussimusque efficaciter ipsi Oratori quod tam apud S. Pontificem, quam apud R. Dominos Cardinales deputatos ad negocia Turcorum, omnem instantiam facere debeat, quod idem Rev. Cardinalis Sancti Angeli designetur Legatus, quamprimum ad partes istas Hungarie profecturus, cum illis provisionibus, que expedire videantur ad augendas vires Regie Majestati Hungarie, quibus mediantibus magnanime procedere possit adversus perfidum crucis hostem; speramusque et confidimus, quod Sanct. Pontifex ac Reverendissimi Cardinales predicti, ita cum effectu deliberabunt et agent.

At quoniam etiam in litteris ipsis scribis Regiam Serenitatem Hungarie mittere statuisse ad Pontificem Maximum Reverendum D. Episcopum Zegadini, Oratorem suum, qui per hanc viam Venetiarum, urbem petiturus est, dicimus, quod contemplatione ipsius Serenissimi Regis ac respectu etiam R. Pontificis sue videbimus semper eum leto animo, et libenter. Et in his, que a nobis fieri poterunt, reperiemur semper optime dispositi ad omnia commoda Majestatis Sue et regni illius, quantoque celerius idem Episcopus et Orator recedet, et ad has partes se conferet, tanto melius, tantoque utilius erit.

+ 164 — 0 — 1

(Velenczei állam ltár 137. l.)

116.

1462. A velenczei államtanács, római követével a magyarországi híreket közli, és Sancti Angeli bibornoknak Magyarországba követül küldését sürgeti.

MCCCCLXII. die ultimo Januarij.

Ser. Bernardo Justiniano, militi Oratori nostro ad S. Pontificem.

Sapientes Consilij et » t. f.

A Secretario nostro, quem habemus apud Regiam Majestatem Hungarie, accepimus novissime litteras, datas Bude nono et decimo presentis, que cum judicio nostro maximi ponderis sint, propter pericula, que regno Hungarie, et per consequens christianitati verisimiliter contingere possunt, statuimus eciam exemplum vobis his implicitum mittere, volentes et mandantes cum nostro Consilio Rogatorum, quod his habitis, datis operam adeundi quamprimum presentiam R. Pontificis, cui litteras ipsas legendas ostendetis, dicendo sibi, quod ad officium filialis devotionis nostre in B. Suam pertinere cognoscimus, que nobis occurrunt, maximeque ea, que tangunt christianam religionem, magnopereque important, Sanctitati Sue significanda esse, ut cum sit supremus christianorum Princeps, sibique

presertim incumbat christiane saluti consulere, B. Sua pro immensa ejus sapientia et pietate providere possit, sicut expedire cognoscit, et quomodo inter cetera in litteris ipsis agitur mentio de missione unius Legati Reverendissimi in Hungariam, nominando specifice Reverendissimum D. Cardinalem Sancti Angeli, dicimus, solita sinceritate nostra loquentes, quod sicut per alias scripsimus et reverenter commemorari fecimus B. Sue, nos missionem presertim ipsius Reverendissimi Cardinalis, ob ejus summam prudentiam, auctoritatem, et rerum illarum experientiam, plurimum necessariam esse cognoscimus, per cujus presentiam, cum provisionibus debitis non est dubium, quod multa bona fieri poterunt, ut regnum illud continuis rapinis, cladibusque Turcorum afflictum, dilaceratumque precipitare non habeat. Et demum volumus, quod circa rem istam tam apud S. Pontificem, quam apud Reverendissimos D. Cardinales deputatos, omnem instantiam facere debeatis, ut mittatur Legatus predictus. Et de quanto habebitis, reddetis nos quamprimum vestris litteris certiores.

+ 125 -- 1 — 0.

(Velenczei állami ltár 137. l.)

117.

62. A velenczei államtanács, István fejedelem követeinek a török és német irányában követendő eljárásra nézve tanácsot ad, buzditván a bosznyák és magyar királylyal tartandó egyetértésre, és a kivánt kiváltság megerősitését igéri.

MCCCCLXII. die XI. Februarij.

Sapientes Consilij | » t. f. et | » Ordinum — Quod oratoribus Ill. D. Ducis Stephani, qui venerunt ad nostram presentiam, et in rebus Imperatoris Turcorum, et requisitionibus sibi factis per Turcum, super quibus consilium nostrum petit et circa alia et ect. exposuerunt ea, que per Serenissimum D. Ducem huic Consilio relata sunt; respondeatur;

Quod agimus multas gratias Exc. Dominationi Sue pro fraternis et amicabilibus comunicationibus nobiscum factis, quas procedere certi sumus a consveta magna affectione et benivolentia in nos sua; responsum autem factum per Ill. Dominationem Suam Domino Teucro, de bombardis, gentibus et ect.: contra Raguseos, tanquam dignum Catolico Domino et non minus gratissimum, quam prudentissimum plurimum laudamus.

Ad partem consilij, quod Sua Excellentia a nobis habere petit, pro pecunijs, quas Turcus ab eo requisivit, dicimus, quod considerata benivolentia, quam sibi gerimus, cupimus profecto in rebus omnibus ei fraterne consulere, que sibi honorifica et commoda esse possint; ideoque dicimus, quod attenta dispositione et perfidia Turchi, nullo pacto sibi possemus consulere, quod ei daret pecunias suas, que facile converti possent ad damna et jacturas Excellentie Sue; sed commemoramus et laudamus, quod idem Ill. D. per illos convenientes et prudentissimos modos, qui sibi videbuntur, rem istam declinare debeat, et conservare sibi pecunias in opportunitatibus suis.

Circa ea, que pertinent ad adventum Oratoris Teucri ad nos, dicimus, quod ex his, que nobis retulit, videtur eum ad nos venisse pro nonnullis differentijs particularibus mercatorum nostrorum et aliquorum damnorum illatorum, licet nos existimemus, quod potius forte venerit pro explorandis rebus nostris, ut ipsa etiam parte Domini sui commemorarunt; ideoque dicimus, quod attentis artibus et versutijs suis, diligentes prefatum Dominum sicut carissimum fratrem, laudamus plurimum, et hortamur eum ad se uniendum, et bene intelligendum cum Serenissimo Rege Bossine, ut in omnem casum unitis viribus se tueri possent contra comunem hostem, laudamus quoque magnopere, ut ipsum faciat cum Serenissimo Rege Hungarie, ut potentiori manu se tueri, et etiam hostem offendere possint; nam et nos advisamus Excellentiam suam, quod apud S. Pontificem damus omnimodam operam, quod mittat subito in Hungariam unum Reverendissimum Legatum, cum provisionibus opportunis, ut ipsi Regi augeantur vires gentium et favores contra prefatum hostem, in qua re nos

etiam facimus et semper facturi sumus, quicquid boni a nobis poterit.

De privilegio, seu patentibus litteris nostris, quas reconfirmari petunt pro Domino suo receptando in locis nostris cum suis, si cogeretur a potentia Turci discedere et ect. Dicimus, quod confidimus in bonitate divina et in virtute et magnanimitate Excellentie Sue, quod nunquam eveniet casus iste, sed tamen in satisfactionem requisitionis sue, contenti sumus reconfirmare libenti animo, que sibi alias promisimus circa hoc, et facere sibi privilegium, seu patentes litteras nostras in ampla et opportuna forma.

Hec autem responsio nostra justificetur et honestetur cum predictis et alijs omnibus bonis et decentibus verbis, que Collegio videbuntur.

\+ 168 — 2 — 2.

(Velenczei állam ltár 140. l.)

118.

1462. A velenczei államtanács a fenyegető török veszély elhárítása tekintetéből Aymo Jánost rendkivüli követségben küldi a a magyar királyhoz.

MCCCCLXII. die XXV. Februarij.

Sapientes Consilij
» t. f. et
» Ordinum

Quod ut obvietur imminentibus, gravissimisque periculis Regni Hungarie ac nostris et totius christianitatis, que manifeste videntur occurere, eligi debeat depresenti per scrutinium in isto Consilio unus noster Orator ad Serenissimum Regem Hungarie, qui ducat et habeat secum equites XII, in quorum numero sit unus Notarius cum uno famulo. Teneatur discedere, quando videbitur isti Consilio, et cum illa etiam instructione, que deliberatur per hoc Consilium.

Electus Ser. Joannes Aymo et acceptavit.

\+ 83 — 98 — 7 — 1 — 0.

(Velenczei állam ltár 141. l.)

119.

1462. A velenczei államtanács válasza a bosnyák király követeinek, melyben ezeknek az István herczeggel és a magyar királylyal tartandó egyetértést ajánlja, hogy a török ellen hatályosabban müködhessenek, mire nézve tudtul adja a pápánál tett lépéseket; a törökhöz küldendő követségről lebeszéli őket, és végre a köztársaság területén engedett zsoldosfogadásról értesiti stb.

MCCCCLXII. die XXVIII. Februarij.

Quod Oratoribus Serenissimi Regis Bossine, qui oretenus et in scriptis explicaverunt ea, que huic Consilio nota sunt, respondeatur:

Sapientes Consilij et
» t. f.

Quod intelleximus, quantum ipsi Sp. Oratores nobis prudenter exposuerunt parte Serenissimi Domini sui, cui multas gratias habemus pro communicatione nobiscum facta, et pro magna affectione et amore, quem sibi gerere videmus nostro Dominio, nosque Majestatem Suam certam esse volumus, quod eam sincere diligimus, cupidique sumus sibi in cunctis possibilibus complacere, licetque esse videamur in pace cum Turco; attentis tamen conditionibus et perfidis modis suis; paravimus et paramus continue potentissimam classem nostram cum gravissimis nostris impensis, ut possimus pravis conceptibus ejusdem Turchi, pro quanto semper poteramus, obviare, quomodo, de eo non est nostro judicio confidendum.

Et ita etiam loquentes solita sinceritate cum ipso Serenissimo Rege, hortamur eum ad providendum magnanime rebus suis, sicut catholicum principem decet. Laudamus quoque plurimum ad bene intelligendum et uniendum se cum Ill. D. Duce Stefano, et cum alijs Dominis illarum partium, ut in omnem casum contra hostem cunctis viribus se sueri possint. Id ipsum etiam, ut faciat, persuademus cum Serenissimo Rege Hungarie, ut potentiori manu hostem offendere possint; nam et nos certam facimus Majestatem Suam, quod per Oratorem nostrum apud S. Pontificem damus operam, quod mittat illico Legatos alterum in Germaniam, alte-

rum in Hungariam, cum provisionibus opportunis, ut ipsi Regi coactis undique viribus, et auxilijs sine mora succurratur, et contra Teucrum tam ipse, quam sui se potenter tueri possint, qua in re ut ex parte nostra nihil omittatur, deliberavimus quamprimum mittere unum solemnem Oratorem nostrum, ad ipsum Regem Hungarie, ut collectis undique vicinorum regnorum et nostris possibilibus auxilijs, regnum suum tueri, ac etiam regnum Bossine ab omni molestia sublevare possit.

Circa partem missionis ad Turcum pro intelligendo animum suum et ect. dicimus: quod si id fieret, credimus, quod potius esset nocivum, quam utile; sed speramus et confidimus in Deo nostro et in his, que jam tandem S. Pontifex et principes christiani brevi dispositnri sunt, quod cum sublimatione et gloria nominis christiani, multa bona cito fieri poterunt. Et nil minus si forte contingeret, quod aliquid per nos fieret cum Turco, erimus libenter memores.

De quanto dixerunt, quos etiam advisamus Nuntium Turchi huc venisse, ut dixit solum pro certis particularibus differentijs mercatorum, licet tamen nos existimemus, quod principaliter venerit pro explorandis rebus nostris.

Verum quomodo Oratores ipsi, ut dixerunt, ad Summum Pontificem profecturi sunt, petuntque scire a nobis, quid expositnri sunt: dicimus, quod cognoscimus Serenissimum D. suum prudentissimum, nec dubitamus, quod commiserit eis, quecunque expedientia sunt, et ad propositum rerum suarum, pro quibus etiam melius obtinendis, offerimus nos scripturos ad Oratorem nostrum in Curia, ut tam apud S. Pontificem, quam aliter, ut opus erit, eisdem Oratoribus favere debeat, et agere pro rebus suis non minus, quam pro nostris proprijs. In specie tamen videretur nobis, quod a Sanctitate Sua implorarent legatos ad Serenissimum Imperatorem et ad Regem Bohemie et specialiter in Hungariam, ut regnum illud collectis undique viribus etiam consequenter regnum Majestatis Regis sui, ab omni periculo et molestia tueri possit.

De munitionibus cruciate, quas petunt, dicimus, quod ad requisitionem et instantiam S. Pontificis alias dari feci-

mus Duci Stephano certas munitiones ex terris et locis nostris Dalmatie, credimusque revera, quod nihil, aut parum restet ex eis. At vero in complacentiam ipsius Serenissimi Regis, cui multum afficimur, contenti sumus sibi dono dari facere ballistras L-ta fulcitas capsis L-ta veretonorum et barilia L-ta pulveris a bombarda.

Ad partem ballistriorum, quos petunt, vellemus profecto Serenissimo D. Suo posse in rebus omnibus complacere etiam proprijs nostris expensis, sed ut norunt, tam in armata nostra, quam in alijs multis provisionibus munitionum, victualium et gentium positarum, in terris et locis nostris finitimis Turco, maximas expensas patimur. Ex quibus omnibus rogamus Serenissimum Regem suum, ut nos habeat supportatos, sed sumus bene contenti, quod in terris et locis nostris accipere possit stipendio, quoscunque voluerit ballistrarios, eosquem suis opportunitatibus exercere.

+ 151 — 1 — 0.

(Velenczei állam ltár 141. l. Doc. II.)

120.

1462. A bosnyák király követeinek a velenczei doge eléterjesztett pontozatai.

MCCCCLXII. die XXVIII. Februarij.

Capitula sunt hec, videlicet porrecta per Ambassadores Serenissimi Regis Bossine.

Serenissimo Principe! El Signor Re de Bossina supplica ala Illustrissima Signoria Vostra commemorando caxa sua esser stada sempre in grande amicitia cum la Signoria Vostra et senza alguna differentia, adesso constretto da grande periculo et desegno el Turco fa contra de lui, con deliberation de occupar el suo regno, dechiarando tal occupation esser summamente contra el stado vostro. Et questo creda la Signoria Vostra certamente. El Turcho haver uxado con la sua bocha propria in questa forma con uno suo Con-

scier intrinsico, el qual ha dato noticia cautamente al Re de Bossina, come el Turco ha deliberato per ogni modo questa estade vegnir adosso de lui, e del Duca Stefano, nominando anchor Raguxi occupando, cho havero el reame de Bossina, fazando le bastie per dentro, non habiando altro contrasto, questo faremo legiermente, andando mi in persona poi subito fatto questo posso romper cum Venetiani da un di al altro, su tuti i sui confini, per fina sopra l'Istria. Et a questo modo el mio desegno havera lugo.

Per tanto Excelso Principe voia intender la Ill. Signoria Vostra, quanta ruina pensa far el Turcho al mio regno, et per consequente al stado vostro, et de questo non prenda alcuna umbra la Signoria Vostra, che mi diga cum qualche fiction, ne conzar i facti mei cum la Signoria Vostra. E questo se pol provar, che el Turco ha deliberato far.

Parechi anni sono, che questa Ill. Signoria ha dato noticia al Turcho per Misser Lorenzo Moro, come el reame de Bossina e colligado con la Signoria Vostra, avanti che mai el Turco vegnisse in Romania, adesso anchora se poria dir per provar el suo desegno Re de Bossina esser membro con la Signoria Vostra za tanto tempo, non pero levando el tributo consveto al Turco; et vederete se el Turcho vorra attendera tal parole a non circhar a subjugar questo reame, Re non crede, che vora far, non me seguir i suo disegni.

Per tanto dixe a la S. V. vuij rompando con el Turcho, non havera modo de tuor a mi la mia Signoria, ne etiam far contra la Signoria Vostra, quel che pensa. Non rompando la S. V. l'havera il modo de far contra de mi, e del Ducha Stefano, dubito, quel vora, perche el vegnira con tutta la sua possanza e se pur non pora occupar cussipresto el nostro regno, circhera de haver quella parte, che piu faxa al suo proposito in modo, che i suo disegni haverano luogo. Ma se la Signoria Vostra vuol romper con luj al presente, e son contento vuj vojando, de esser in questa parte Capitaneo vostro et far per vuj et per mj, non attendandone ali partidi, ne ale manaze del Turcho, e quel che la Signoria Vostra fara per el vestro stado contra el Turco, quando mi havero perso, cum mancho affano et periculo pora far avanti, che mi

havero perso; e questo se vede chiaramente el Turco se fa ala zornada piu grande per taxer i christianj.

Ecco anchora mando ala Sanctita del Papa, narrandoli tal pericoli, con questo, che la S. V. dia ordine ali mei Ambassadori, quel e chome de parlare ala Sanctita sua, circa tal periculi.

Ancora sa la Ill. Signoria Vostra, come la Sanctita del Papa havea dado al mio padre certa munition de armamenti de la cruciata se trova in Dalmatia, ala Signoria Vostra non li parse di lasarli a quel tempo. Dapoi quelle munition medeme havete concesso al Ducha Stefano. Adesso a questi bisogni degnasse la S. V. de farme qualche parte del munition vostre, quella parte par meglio al Ill. Signoria Vostra.

Ancora Excelso principe se pur la Signoria Vostra non vora romper apertamente con el Turcho, degnasse la S. V. darme alcuna quantita de ballistrieri, ajoche possa metter nele castelle per fin tanto, che la S. V. me includa con vuj insieme, o in pace, o in treugua con el Turcho, o veramente apertamente cum luj rumpera.

(Velenczei állam ltár 141. l.)

121.

1462. A velenczei államtanács tudósitja Giustiniani Bernát római követét a töröknek Magyarország elleni készülődéséről, melylyel a segély szükségét indokolja, tudósitja továbbá a bosnyák király követségéről, melyet a pápa figyelmébe ajánltat, és általában a pápát a kereszténység érdekében mielőbb segélyezésre hivja fel.

MCCCCLXII. die III. Martij.

Sapientes Consilij et » t. f.	Ser. Bernardo Justiniano, Militi, Oratori ad Summum Pontificem.

Preteritis his diebus nonnullas litteras vestras accepimus, ex quibus inter alia significastis nobis praticas et colloquia per nos habita, cum Reverendissimis D. Cardina-

libus deputatis super provisionibus contra Turcos, replicationes quoque hinc inde factas, et responsiones vestras optime intelleximus, quas presertim circa requisitionem vobis factam de liga cum Pontifice Maximo ineunda laudamus et plurimum commendamus. Cumque ipsi Reverendissimi Cardinales circa res istas Turcorum dixerint vobis, quod esse intendebant cum Romano Pontifice: expectamus magno desiderio intelligere quid tandem decreverit ejus Sanctitas in ista materia, judicio nostro ceterarum omnium gravissima, importantissimaque christiane religioni, presertimque honori et officio Sanctitatis Sue, cui ante omnes alios incumbit, nihil omittere, ut evitetur tam proximum periculum, et excidium nominis christani.

Quid autem de rapinis Turcorum et cladibus per eos miserabiliter adversus christianos illatis, quid perfidus crucis hostis contra Regnum Hungarie, etiam per operam Vaivode Valachie parare videatur, videbitis per litteras novissime habitas ab Secretario nostro in Hungaria, quarum exemplum vobis mittimus his implicitum, volentes, ut quamprimum hec omnia S. Pontifici, ac Reverendissimis Cardinalibus nota faciatis, ut calamitosas conditiones regni illius intelligant; commemorabitisque, quod si ullo unquam tempore necessaria extitit missio unius Reverendissimi Legati in Hungariam, cum provisione pecuniarum: profecto impresentiarum est, quomodo judicio nostro certissimum teneri potest, quod si cessabit ista provisio, regnum Hungarie aut succumbere Turco, aut cum eo qualemcunque poterit, concordiam capere compelletur, quorum utrumque esse non poterit, nisi cum maximo periculo christiane religionis, ideoque supplicabitis et omnimodam instantiam facietis circa missionem istius Legati tantopere necessariam.

Et similiter etiam electionem ac expeditionem legati, quem Sua Sanctitas in Germaniam mittere statuit, omni studio accellerare curabitis, significabitis quoque B. Sue, quod mittere deliberavimus in Hungariam Oratorem nostrum, ut pro quanto in nobis erit, gravissima ista pericula evitentur.

Preterea advisamus vos, attigisse ad hanc Urbem nostram, novissime Oratores Serenissimi Regis Bossine, ac Ill. Ducis Stephani Sancti Save, qui ad Summum Pontificem

proficiscuntur, declaraturi, ut nobis dixerunt pericula Dominorum suorum, quantumque timere videantur Turcum potentissimam hostem; nos vero solita sinceritate nostra loquentes commemoramus et laudamus quammaxime, quod ut isti Domini conserventur et precipitare non habeant, oratores ipsi omni spe favore, et auxilio prosequendi sint per Rom. Pontificem ita, quod bene contenti, et satisfacti recedant, quomodo judicio nostro apud medium Hungarie, ad propulsandum hostem, hec quoque via et medium istorum duorum Dominorum utilissimum et necessarium futurum est, sancte expeditioni, et his, que tam terra, quam mari in honorem et gloriam creatoris nostri, necessario gerenda sunt, juxta propositum Sanctitatis Sue, quod anteactis diebus nobis significastis, quodque non ulterioribus dilationibus, sed executione citissima ad evitandum christianorum exterminium opus habet. Hanc intentionem nostram omni vestro studio et prudentia conabimini adimplere, et de quanto succedet, nos litteris vestris certiores efficietis.

De his rebus scribere statuimus Romano Pontifici per litteras alligatas ad ostendendum, quantum pericula ista magnifacienda sint, sintque insita cordi nostro, quas litteras Sue B. presentabitis cum illis pertinentibus verbis efficacibus, que vestre prudentie videbuntur, et earum exemplum vobis mittimus his implicitum. Post hec nonnullas alias litteras vestras accepimus, ad quas per alias respondebimus.

\+ 139 — 1 — 0.

(Velenczei állam ltár 143. l.)

122.

1462. A velenczei államtanács levele római követéhez a Német- és Magyarországba küldendő pápai követek tárgyában, igérvén egyuttal a Signoria, hogy maga részéről a végsőig kész a török ellen küzdeni.

MCCCCLXII. die III. Martij.

Oratori nostro ad Summum Pontificem.

Sapientes Consilij et » t. f. excepto Ser. Candiano Bollani	Ultra ea, que vobis scribimus per litteras alligatas apud Pontificem Maximum exequenda, volumus,

mandamusque vobis cum nostro Consilio Rogatorum, quod captato tempore congruo, detis operam essendi cum B. Sua, et per illos decentes et modestos modos, que vestre prudentie videbuntur, in colloquiis, que vos habere continget, commemorabitis, quod quam lacrimabiles et miserabiles sint clades, ruineque non solum Hungarie, sed omnium christianorum, brevi temporis decursu future S. Sue, et exemplo litterarum habitarum ex Hungaria, et ex alijs multis signis, optime intelligere potest. Quodque utinam adhibitum esset majus studium per omnes Christi fideles, in sedandis eorum intestinis discordijs et succurrendis tam afflictis Hungarie rebus, pro quarum maximo periculo utinam fuisset anno preterito et modo esset in Hungarie partibus Legatus apostolicus, saluti earum rerum tantopere necessarius; verum res christiane non tam letali morbo gravantur, ut eis quis tarde existimemus succurri et sudveniri non posse, dummodo studium et diligentia per B. Suam, et per alios fideles principes adhibeatur: hinc est, quod precibus omnibus, quibus possumus, oramus Sanctitatem Suam, et devotissime supplicamus, quod alterum Legatum in Germaniam, alterum in Hungariam pro sedandis discordijs, proque habendis communibus auxilijs finitimorum regnorum Bossine, Bohemie, Polonieque ad commune istud incendium extinguendum citius mittere dignetur; nos vero B. Sue notum facimus, quod coactis, sicut sepe sibi dici fecimus, debitis copijs christianorum in Hungariamque deductis,

factisque provisionibus, que Sue S. necessaria videantur, parati sumus non solum ad defensionem Christi fidelium, sed ad oppugnationem et interritum atrocissimi hostis libenter potenterque procedere. Que omnia solita filiali reverentia et devotione nostra B. Sua, sapientissima ac pijsima ex zelo nostro in christianam religionem commemoramus tanquam supremo in terris Christi Vicario et ect.

+ 90 — 11 — 1.

(Velenczei állam ltár 143. l., ugyan ez hasonló fogalmazatu külön levélben is megiratott a pápának.)

123.

1463. A velenczei államtanács Thomasi Péter magyarországi követét tudósitja, hogy a pápát a Magyar- és Németországba küldendő követek iránt sürgeti.

MCCCCLXIII. die VII. Martij.

Circumspecto Petro Thomasio, Secretario nostro in Hungaria.

Sapientes Consilij
» s. f.
» Ordinum

Petre! Proximis diebus reddite sunt nobis littere tue diei XV. Januarij nuper decursi, quibus nobis significasti nova, et alia istis in partibus occurrentia. Nos vero, qui Regie Serenitati Hungarie, ac regno illi, sicut multoties ad te scripsimus, magnopere affecti sumus, magnifacientes litteras ipsas, deliberavimus earum exemplum indilate mittere ad manus Oratoris nostri apud Pontificem Maximum existentis, ut illud quamprimum ostendere debeat B. Sue, et apud eam omnimodam diligentiam et studium adhibere, circa celerem missionem unius Reverendissimi Legati in Hungariam cum plenaria auctoritate, et cum illis provisionibus, que expedire videantur utilitati et commodis regni illius. Damus etiam apud Sanctitatem prefatam studiosam operam, ut unum alium Legatum mittat ad partes Germanie pro sedandis et pactandis rebus illis, ut per consequens contra crucis hostem potentiori manu procedi possit. ✝

Deliberavimus quoque eligere et mittere Oratorem nostrum ad Serenissimum Regem Hungarie, de quibus omnibus volumus, ut quamprimum noticiam dare debeas. Majestati Sue, ut et optimam mentem nostram, et quantum sibi, commodisque et amplitudini sue et regni sui affecti sumus, intelligere possit.

+ 89 — 4 — 7.

Ser Caudianus Bollani vult partem suprascriptam usque ad † Et postea dicatur ut infra:

Nos quoque eligere deliberavimus honorabilem Oratotorem nostrum ad ipsum Serenissimum Regem, ut nostris et aliorum auxilijs opportune rebus illis subvenire possimus et ect. Si Rev. Dominus Episcopus Segadini, quem scripsisti nobis prefatum Serenissimum Regem mittere, instituisse Oratorem suum ad S. Pontificem, non dum forsitan itineri commissus esset, contenti sumus et volumus, ut per illos bonos et prudentes modos, qui tibi videbuntur, studiosam operam dare debeas, quod discedat.

De parte + 40.

(Velenczei államkönyv 144. l. Doc. II.)

124.

1463. A velenczei államtanács a franczia királynak a török ellen igért segélyét kedves tudomásul veszi.

MCCCCLXIII. die XVII. Martij.

Serenissimo Domino Ludovico, Franchorum Regi.

Sapientes Consilij et | » t. f.

Rediens a conspectu Majestatis Vestre Spect. miles D. Antonius de Grationopoli, Orator Serenissimi D. Regis Bohemie, plurima nobis retulit de ferventi dispositione, optimoque proposito Christianissime Serenitatis Vestre in omnibus, que honorem Dei, fideique defensionem concernant, id ipsum quoque litteris Majestatis Vestre per Oratorem ipsum nobis exhibitis

plane cognovimus. Nos profecto dicere non satis possemus, quantum ista omnia gravissima nobis fuerint, quandoquidem vere digna sint Excellentissimo Principi, quem meritis, preconijs, ac laudibus extolli non posse, censendum est. At quomodo Majestas Vestra in confirmationem hujus sincerissime mentis, sanctique propositi sui, ad nos perscribit, quod si idem Orator ad hoc mandatum habuisset, libenter cum Serenissimo Rege Bohemie, et alijs Regibus et potentatibus colligatis ad confoederationem devenisset. Dicimus, quod in hoc etiam quammaxime laudanda, sublimandaque est Vestra Serenitas, ut unitis viribus christianis jam tandem contra sevissimum hostem nominis christiani, procedi possit, certique reddimur, quod Majestas Vestra libenti animo rem istam aggredietur, amplecteturque hoc sanctum opus eo ardentiori animo, ac ferventissimo zelo, quo christianos ejus predecessores id semper cunctis eorum studiis effecisse certissimum est. Nos Serenissime Princeps, cum potenti classe nostra maritima quicquid in nobis est, pro redemptoris nostri gloria in hac expeditione prompto animo pollicemur. Interea vero propter magnum periculum, quod imminet Regno Hungarie, ne huic communi hosti succumbere compellatur, sequentes commemorationem, quam Vestra Majestas fieri facere instituit, Serenissimis Bohemie et Polonie Regibus circa missionem Oratorum suorum, ad exhortandum Regem Hungarie, scripsimus id ipsum, et svasimus eisdem Serenissimis Regibus, quod profecto magnopere necessarium esse cognoscimus, decrevimus quoque et nos, ob id solum Oratorem nostrum quamprimum mittere ad ipsam Regiam Majestatem Hungarie, ut ex parte nostra nihil pretermittatur, ut regnum illud cum tanto periculo totius christianitatis, in infidelium manus non incidat.

+ 148 — 2 — 2.

(Velenczei államkönyv Doc. II. l. 144.)

125.

1463. A velenczei államtanács Csehország királyát, a franczia királynak a török elleni készülését jelentő leveléről tudósitja, egyszersmind közreműködésre fölhivja.

MCCCCLXIII. die XVII. Martij.

Serenissimo Domino Regi Bohemie.

Sapientes Consilij et
» t. f.

Regressus ex Gallia Sp. eques D. Antonius de Grationopoli Majestatis Vestre Legatus, litteras Serenissimi D. Franchorum Regis nobis detulit, quibus intelleximus ardentissimum et christianum ejus desiderium una cum Regia Serenitate Vestra ac Serenissimis Regibus Hungarie et Polonie, Duceque Bavarie procedendi terrestri manu, ad exterminium sevissimi crucis hostis, quam rem profecto gratissimam ac jucundissimam, ultraquam possemus exprimere, habuimus; quippe qui pro gloria Summi Creatoris nostri, proque honore christiane religionis nihil magis cupimus, nihilque magis necessarium esse cognoscimus, quam hunc atrocissimum persecutorem nominis christiani propulsari posse. Nos vero Serenissime Princeps, majorum nostrorum vestigia imitari volentes, sicut novissime scripsimus christianissimo Franchorum Regi, ita et his nostris Majestati Vestre significare instituimus, nos inquam paratos, ac promptos esse, dispositis rebus, exercitibusque terrestribus per Serenitatem Vestram, perque Excellentissimos Principes anteactos, contra perfidum hostem, cum potenti classe nostra nihil omnino omittere, quod in ejus excidium fieri possit, quamobrem vehementer hortamur, ac precibus quibus possumus Majestatem Vestram ex corde rogamus, ut festinet perficere piissim .m opus inceptum, ut jam tandem sancta hec expeditio celebrari possit. Interea vero laudamus quammaxime, ut V. Sublimitas per Legatum suum quamprimum mittendum ad Serenissimum Hungarie Regem exhortari eum velit, ut magno et forti animo se, regnumque suum tueri studeat, pro qua sola causa, nos quoque quamprimum

Oratorem nostrum ad ipsum Serenissimum Regem expedituri sumus.

Similes Ser-mo Regi Polonie } mutatis mutandis
» Ser-mo Regi Hungarie
» Ser-mo Duci Bavarie

+ 116 — 4 — 1.

(Velenczei államkönyv Doc. III. 145. l.)

126.

1463. A velenczei államtanács Magyarországba küldi Aymo János rendkivüli követét a török elleni hadjárat tárgyában.

MCCCCLXIII. die XVIII. Aprilis.

Quod fiat commissio viro nobili Joanni Aymo, ituro Oratori nostro in Hungariam, in hac forma:

Nos Christophorus Mauro, Dei gratia Dux Venetiarum etc. Committimus tibi nobili viro Joanni Aymo, dilecto civi nostro, quod vadas honorandissimus Orator noster ad Serenissimum Regem Hungarie, solicitando iter tuum quanta celeritate poteris versus Budam, aut ad illum locum, ubi intelliges Majestatem Suam se reperire, ut solita prudentia et diligentia tua exequi possis hec et alia nostra mandata, sicut per conditiones rerum et temporum expedire noverimus.

Quando adibis presentiam Regie S. Hungarie, postquam sibi exibueris litteras nostras credentiales, tibi traditas, postquam factas congruas salutationes, oblationes et alia generalia, sicut decori Sue Majestatis et nostro convenire noveris, nomine nostro referes: quod litteris Petri Thomasii, Circumspecti Secretarii nostri, diebus superioribus nobis redditis, facti fuimus certiores de magnanima deliberatione sua Regie Majestatis coadunandi exercitum suum, exeundique in castra adversus hostes fidei, quamquidem optimam desposítionem, catolicumque propositum Serenitatis Sue et si novum nobis non fuerit, qui dudum multis rerum preteritarum experimentis id plene cognovimus, tamen gratissime intelleximus,

Nec possumus exinde Sublimitatem Suam dignis, aut meritis extollere laudibus. Cum nos Majestatem Suam sincerissime diligamus: statuimus te ad eam mittere Oratorem nostrum, ut Suam Celsitudinem honoremus, suisque beneplacitis et commodis assistamus et in cunctis nobis possibilibus sibi ac regno suo simul cum aliis opem ferramus.

Subinde dices, quod jam multis mensibus exactis tenuimus ac tenemus etiam in presenti Oratorem nostrum apud S. Pontificem, nullum studium pretermittentes, quod mittat unum Legatum de latere ad illas partes Hungarie, utque expeditioribus auxiliis succurrere, velit opportunitatibus regni illius, et ita credimus eum esse facturum . . . . celerius locum habuissent, si Oratores per Majestatem Suam designati ad ipsum Romanum Pontificem simul cum nostro ad hec presentes fuissent, fecissentque unite apud Beatitudinem Suam instantias opportunas.

Preterea expones, quod Serenissimus Rex Bohemie asserens intelligere se cum Serenissimo Rege Polonie et Duce Bavarie, solicitavit per Oratorem suum Christianissimum Regem Franchorum et nos, quod viribus eorum principum ac nostris succurri velit rebus Christianis et Regni illius contra communem hostem ac procedi ad ejus exterminium et ruinam; jamque idem Orator cum litteris prefate Majestatis Franchorum rediit tam ad nos, quam ad Principes antedictos, quemadmodum certi sumus Suam Serenitatem litteris ejusdem Majestatis Franchorum informatam fuisse. Nos vero polliciti sumus vires nostras marittimas non solum presentes, sed et alias possibiles in futurum, casu quo unitis viribus procedatur per terram ad excidium hujus hostis.

Interea vero Celsitudinem Suam hortamur, ut magnanime se habere velit, conservareque regnum suum, et solicitare regna et potentias circumvicinas, videlicet Bohemie, Pollonie et Bossine et Ducem Bavarie ad sua axilia et favores. Nosque, licet simus gravati magnis et excessivis impensis in classe nostra et aliis multis provisionibus per nos factis, tamen contenti erimus cum predictis concurrere pro portione nostra in eo, quid erit rationabile et honestum.

Studiosus eris intelligere conditiones regni illius et in specie volumus, quod nos advises, qualiter se habuit negocium Dragulli Vallachie, dando etiam nobis advisationem de illo, qui in presentiarum reperitur Vaivoda in partibus illis et qualiter se intelligit aut non intelligit cum Rege Hungarie. Significabis quoque nobis provisiones factas, et que de cetero fient in Regno illo. Et si sentires, quod teneretur aliqua praticha, vel tractatus pacis, aut sufferentiarum inter Regem et Turcum: diriges spiritus et cogitamina queque tua ad obviandum et turbandum tractatus hujusmodi per omnes illos prudentes, bonos et accommodatos modos, qui videbuntur tibi. Et de omnibus curiosus eris continuis litteris tuis nos certiores efficere.

Mandamus insuper tibi, quod postquam tenueris apud te prefatum Petrum Thomasium Secretarium nostrum per illud tempus, quod tibi videbitur pro habendo informationes opportunas, eum licentiare debeas, ut repatriare et ad nostram presentiam se conferre possit.

De parte — — 164.
De non — — 0.
Non sinceri — 0.

(Velenczei államkönyv 147. l.)

127.

1463. A velenczei államtanács határozata Kozarics István szent-seböki fejedelemnek adandó válasz tárgyában.

MCCCCLXIII. die XXVI. Aprilis.

Quod Illustrissimo Domino Duci Stephano Sancte Save ad ejus litteras lectas huic Consilio, respondeatur in hac forma:

Displicenter audivimus profecto ex litteris Excellentie Vestre VIII. et XX. mensis Martii prope preteriti datis, aliquam novitatem vel incommodum statui Excellentie Vestre occurrere, nam fraterne ei affecti, maxime optamus status

vestri osservationem. Et ut nostram bonam intentionem clarius intelligat, inspectis duabus requisitionibus suis, in dictis litteris declaratis, parati sumus in ejus complacentiam scribere, et jam scripsimus circa primam partem Rectoribus nostris Albanie in opportuna forma, ut ad omnem ipsius Excellentie Vestre requisitionem ejus desiderio satisfaciat. Et circa secundam, ex affectione nostra ad Excellentiam Vestram parati etiam sumus, omnes nobis instantiam possibilem facere, ut ipsa Excellentia Vestra ejus consequatur intentum.

Et ex nunc captum sit, quod scribatur Comiti et Capitaneo Scutari et aliis Rectoribus nostris Albanie, qui videbuntur in hac forma:

Scripsit nobis nuperrime Illustrissimus Dominus Stephanus Dux Sancte Save frater noster carissimus, Magnificum Dominum Scanderbegum Sue Excellentie se obtulisse accessurum ad ejus favores, dummodo transitum per territorium nostrum habere valeat. Quare cum nostro Consilio Rogatorum vobis mandamus, quatenus ad omnem requisitionem dicti Illustrissimi Domini Ducis passum et transitum per territorium nostrum dare debeatis Magnifico Domino Scandarbego eundi cum gentibus suis vel etiam suis gentibus sine eo, ad subsidia predicti Domini Ducis, habendo semper tamen bonam advertentiam ad securitatem status et locorum nostrorum; et circa transitum dandum gentibus predictis vos cum ceteris Rectoribus nostris Albanie, per quorum territorium transire haberent, intelligere debeatis.

Et preterea ex nunc, quod per primam galeam, que expedietur, collegium loqui faciat comunitati Ragusii in illa forma et cum illis verbis, que dicto collegio videantur.

De parte — — 164.
De non — — 0.
Non sinceri — — 0.

Nota, quod additio facta litteris directivis Comiti et Capitaneo Scutari, videlicet a infra processit de mandato totius collegii.

(Velenczei államkönyv.)

128.

1463. A velenczei államtanács határozata a De Luca Domokos Magyarországba küldött pápai követ előterjesztéseire adandó válasz tárgyában.

MCCCCLXIII. die quarto Maij.

Quod ad particularitates expositas per Dominum Dominicum de Luca Oratorem Summi Pontificis proficiscentem in Hungariam, sicut per Serenissimum Dominum Ducem huic consilio relatum est, respondeatur.

Quod intelleximus, quantum idem Orator nobis exposuit, habemusque magnas gratias Romani Pontificis pro communicationibus suis nobiscum factis, proque ea bona dispositione et optima mente, quam retulit nobis Beatitudinem Suam habere ad res fidei, utque regnum Hungarie ab oppressionibus Turcorum valeat conservari, inqua re tantopere necessaria Sanctitatem Suam magnopere laudamus et quantum possumus commendamus, nam ex his, que habentur pericula Hungarie, sic requirunt.

Circa partem pecuniarum Cruciate debendarum in subsidium Regis Bossine dicimus, quod his annis superioribus ad requisitionem et instantiam Romani Pontificis Calisti et nunc etiam moderni Pontificis Maximi pecunie ipse tam partium Dalmatie, quam Istrie et aliunde dispensate et tradite sunt, de quibus quidem pecuniis licet fuissent nobis admodum necessarie pro classe, quam continue tenemus ad oppositum Turchi, fuimus tamen contenti voluntati ipsorum Rom. Pontifici morem gerere, ultimateque videlicet modo sunt tres menses vel circa quod juxta breve et litteras Summi Pontificis dari fecimus ducatos sexcentos Domino Leonardo de Sancta Maura, que summa supererat ex omni quantitate collecta ratione predicta, ita ut nihil amplius omnino pecuniarum predictarum, alicubi sub dominio nostro restat. Et si ita opus erit, declaretur sibi in particulari res ista, sicut collegio utilius videbitur.

Ad id, quod tangit Regem Bohemie et adventum huc Domini Antonii de Grationopoli, dicimus, quod venit cum lit-

teris Christianissimi Regis Francie ac Serenissimorum Regum Bohemie, et Pollonie, et multis bonis et amplis verbis declaravit nobis optimam dispositionem, fervensque propositum ipsorum Principum volendi procedere contra hunc crucis hostem, quas oblationes libenter intelleximus, nec spernendas esse utile putavimus modo aliquo, sicuti etiam diximus Reverendo Domino Episcopo Feltrensi tunc apud nos Oratori Sanctitatis Sue, ac etiam scripsimus et dici fecimus per Oratorem nostrum Beatitudini Sue. Non inconveniens, immo benefactum esse reputaremus favores et presidia omnium potentatuum habere posse contra perfidiam Turci potentissimi hostis.

Ad factum Domini Sigismundi de Malatestis plene intelleximus, quantum circa omnia nobis dixit, sed quum est mens unus, ex quo recessit ab urbe, res ille multum variate sunt, quia sicut novissimis litteris Oratoris nostri penes Summum Pontificem existentis accepimus, speramus et confidimus in clementia et benignitate Beatitudinis Sue res illas Domini Sigismundi per viam concordii et quietis transituras esse et quod acceptabitur ad gratiam et cum honore Summi Pontificis remanebitur bonus filius et servitor Sanctitatis Sue

Ser Paulos Bernardo, Ser Victor Cappello Sapientes Consilii volunt ad partem fustarum in hac forma responderi:

De facto fustarum duarum quas Beatitudo Sua armare disposuit declarabimus intentionem nostram Oratori nostro apud pedes Beatitudinis Sue existenti.

Et ex nunc captum sit, quod predicto Oratori nostro intentio nostra in hac materia cum verbis et rumoribus in parte aliorum Sapientum expressis, et ei committatur, ut nacta opportunitate mentem hujusmodi nostram declaret Summo Pontifici, cui Oratori detur etiam noticia de novis Hungarie, ut ea eidem Summo Pontifici nota faciat.

De parte — — 39.
De non — — 1.
Non sinceri — — 6.

(Velenczei államkönyv 149. l.)

129.

1463. A velenczei államtanács határozata a veszprémi püspök és István segniai (zengi) gróf magyar királyi követeknek adandó válasz tárgyában.

MCCCCLXIII. die XVII. Maij.

Quod Reverendo patri Domino Episcopo Vesprimiensi ac Magnifico Comiti Stephano Segne etc. Oratoribus Serenissimi Hungarie Regis, qui ad presentiam nostram venerunt, explicantes potentiam et magnitudinem Turci ac pericula imminentia regno Hungarie et Christianitati, si huic hosti, qui omni conatu suo contra regnum ipsum se direxerit, succumbere compelletur. Commemoraverunt quoque magnam affectionem et confidentiam, quam Regia Majestas Hungarie in nos repositam habet, successive petierunt instanter auxilia nostra terrestria, ut resistere possint. Tertio loco dixerunt, quod cum ad Romanum Pontificem profecturi sint, presidia sua imploraturi, similiter petebant consilium et favorem nostrum, juxta quod, ut retulerunt habuisse in mandatis a Serenissimo Rege procedent etc. sicut per Serenissimum Dominum Ducem huic Consilio relatum est, respondeatur:

Quod gratissimo animo intelleximus Romanum Pontificem et Magnificentias suas sique Regia Majestas Hungarie de nobis confidentiam capit; id quippe amplissime facere potest, qui sumus, semperque esse intendimus Sanctitati Sue singulari benivolentia et amore devincti. Adducimusque Deum nostrum in testem semper nos calamitatibus regni illius tantum indoluisse, quantum exprimi posset, tum ex ardore fidei et honoris Christiane Religionis, tum ex precipua affectione nostra in Regiam Celsitudinem suam. Scimus quoque non posse nos eam meritis extollere laudibus, pro tam optima dispositione, ferventique proposito suo resistendi pro viribus crucis hosti, proque deliberatione, quam fecit mittendi legationem suam ad Romanum Pontificem, quam tenemus optimum fructum parituram esse. Nos vero dudum studia nostra convertimus, ut per Beatitudinem Suam, que caput est Christiano-

rum, regno Hungarie auxilia conferrantur, habemusque impresentiarum ob id specialiter penes Pontificem Maximum Oratorem nostrum. Nec dubitamus per appulsum dominationum suarum ad urbem Sanctitatem Suam, quam huic rei bene dispositam esse scimus, provisuram esse. Nosque in hoc etiam nihil apud eam pretermissuri sumus, ut effectus iste sequi habeat.

At quum Madnificencie Sue in specie auxilia terrestria nostra petunt, dicimus, quod licet maximis expenis simus impliciti tam in classe nostra, quam continue tenemus contra Turchum et maxime nunc multo potentiorem solito, quam in muniendis terris nostris finitimis hosti gentibus et presidiis, cupidi tamen honoris et commodi Serenissimi Regis, conamur libenter suis beneplacitis satisfacere, sumusque contenti contribuere Majestati Sue ducatos tria millia in mense per menses sex et ulterius, si ex opportunitatibus Regni illius respectu Turchorum opus esse videbimus, quod subsidium nostrum per magis longum tempus fieri habeat, non existimantes minus pericula regni ipsius quam nostra; declarabimus in hoc etiam Sanctitati Sue per veros effectus, quantum sibi affecti sumus.

Circa partem consilii pro suo accessu ad Summum Pontificem, dicimus, quod sapientissimi sunt, nec opus habent consilio nostro, sed hortamur Magnificentias Suas ut bono animo vadant ad Romanum Pontificem, commemorentque gravissima pericula regni et Christianitatis ac solicitent auxilia conferenda, presertim portionem debitam Beatitudinis Sue, in qua re etiam Orator noster, ut diximus nihil de possibilibus omissurus est.

De parte — — 164.
De non — — 14.
Non sinceri — — 2.

(Velenczei államkönyv 152. l.)

130.

1463. Ferrara. Frangepán István horvátországi bán anyjához Sforza Blankához követet küld.

Illustrissima et Excellentissima Domina et Matre honorandissima. Mandamo alla Vostra Illustrissima Signoria el nobile huomo Martino, nostro Castellano presente a portatore, al quale avemo comesso alcune cose debbia referrire alla V. Ill. Signoria, pregamo, quella che piacia darli plenaria fede quanto alla persona nostra. Raccomendandomi sempre alla V. Signoria. Ferrarie 23. Maj 1463.

Stefanus de Frangepanibus Segnie, Veglie Modrusieque Comes, et Croatie Banus.

Illustrissime Domine Domine Matri nostre onorandissime, Domine Blanche Sfortie.

(Milánói állam ltár.)

131.

1463. A velenczei államtanács válasza Venerio András spalatói grófhoz Clissa megszerzése iránt.

MCCCCLXIII. die VII. Junii.

Ser Andree Venerio Comiti Spaleti.

Accepimus litteras vestras diei XXVII. et penultimi Maij, per quas distincte intelleximus, quecumque ad nos scripsistis de novis Turchorum et Bossine et multum diligentiam vestram commendamus, volumusque, ut per continuas vestras litteras de successu rerum illarum nos continue certificatos teneatis, non parcendo expensis nuntiorum et barcharum, modo de die in diem res illas cum veritate intelligere possimus.

Vidimus, quantum per vestrasque litteras ad nos scribitis de requisitione vobis facta per Bannum Paulum Sprancich circa protectionem per nos accipiendam de statu suo contra

Turchos et contra Dominos Bossine, excepto Serenissimo Rege Hungarie etc. unde vobis reddentes cum nostro Consilio Rogatorum, denotamus, quod desiderio nostri esset habere locum Clissii in manibus nostris, si id aliquo modo cum voluntate et consensu prefati Banni Pauli fieri posset, aut sub nomine emptionis, aut pignore, aut sub aliquo alio pretextu vel colore, modo locus ille in nostram potestatem deveniat, et meminimus, quod alias die videlicet XXVI. Februarii 1461 cum nostro Consilio Rogatorum de re hujusmodi vobis scripsimus, et libertatem certam dedimus, cujus copiam vobis mittimus presentibus introclusam, propterea volumus, ut pro prudentia vestra operam dare debeatis reintegrandi praticam predictam, et deveniendi ad illius conclusionem, si fieri potest cum modis et conditionibus, quas tunc vobis dedimus in mandatis, et ultra alias conditiones; contenti etiam sumus, dante nobis prefato Banno Paulo locum ipsum Clissii, accipere eum pro residuo status sui in protectionem contra quoscumque, excepta semper Corona Hungarie. Et si quid aliud deesset ad rei conclusionem, nobis subito scribite et omnia necessaria declarate, quum subito vobis respondemus.

Si vero facta per vos omni possibili experientia ad rem hujusmodi Bannus Paulus attendere non vellet, sumus contenti accipere illum in protectionem contra quoscumque, excepta semper Corona Hungarie, et sumus contenti, vobisque cum nostro Consilio Rogatorum libertatem concedimus accipiendi et promittendi dictam protectionem cum talibus conditionibus et capitulis, quod nos etiam ex statu illo per hujusmodi protectionem, omnem possibilem commoditatem ad statum et res nostras suscipiamus, sicut per vestras litteras scribitis vos facile facturum esse, prudentiam et fidem vestram jamdudum novimus, de qua debitam fiduciam capientes in libertate et arbitrio vestro, relinquimus tractandi et ad conclusionem reducendi rem hanc, sicut statui et rebus nostris conducibilius fore intellexeritis. Et nos, quanto citius, quantoque diligentius poteritis, advisate.

Vos insuper advisamus, quod armamus de presenti duas galeas, quas subito mittemus ad partes illas, et post illas alias

duas in partibus illis perseverare faciemus pro hortamine illorum fidelium nostrorum.

De parte — — 115.

Expedita barcha eodem die post dimissum Senatum.

(Velenczei államkönyv 156. l.)

132.

1463. Az előbbi válaszhoz Loredano Jakab tanácsnok külön határozati javaslata.

MCCCCLXIII. die VII. Junii.

Ser Jacobus Lauredano sapiens consilii vult primum capitulum litterarum ad Comitem Spaleti, excepta particula de accipiendo residuum status ejusdem Banni in protectionem et postea dicatur:

Si vero facta per vos omni possibili experientia Bannus Paulus ad rem istam attendere non vellet, volumus, ut particulariter intelligere curetis, pro quibus locis Bannus ipse a nobis in protectionem accipi desideret, et cum quibus modis et conditionibus. Nosque de omnibus distincte et particulariter per velocissimam barcham advisare debeatis, quam intentionem nostram re bene intellecta enodacius declarabimus. Interim autem sumus contenti et volumus, ut Bannum ipsum teneatis in bona spe.

De parte — — 25.
De non — — 5.
Non sinceri — 8.

(Velenczei államkönyvben »Pertinente alla deliberatione per il Comite Spaleti« felirattal.)

133.

1463. A velenczei államtanács tudósitja Giustiniani Bernát római követét Boszniának a török által történt elfoglalásáról és segélyt kér.

MCCCCLXIII. die X. Junii.

Ser Bernardo Justiniano, militi, Oratori nostro ad Summum Pontificem.

Ad officium nostrum pertinere cognoscimus ea presertim, que maximi ponderis sunt ad salutem christiane religionis Pontifici Maximo nota facere. Nuntiamus itaque vobis, non sine gravi animi nostri molestia, Turchum perfidum crucis hostem, per ea, que multis modis habemus cum potentissimo exercitu Regnum Bossine insultasse, jamque intercepisse potiorem partem Regni ipsius, ac loca et oppida principalia. Quin immo etiam allatum est, Regem ipsum Bossine in miserabilem captivitatem Turchorum devenisse cum totali exterminio rerum illarum, sicut per exempla litterarum, nuper a nobis acceptarum, que vobis mittimus his implicita, videre poteritis, volumus igitur et mandamus vobis, quod receptis presentibus, presentiam Romani Pontificis adire curetis, significando sibi infelicia nova ejusmodi, que judicio nostro tanti momenti et ponderis sunt ad salutem nominis christiani, ut vix tantum estimari possint, quantum merentur, dubitamusque et manifeste videre videmur, quod nisi remediis et validis provisionibus huic morbo pestifero occurratur: graviora adhuc et irreparabilia mala quotidie expectanda sint in excidium christianitatis, que omnia quantum deploranda sint, Beatitudinem Romani Pontificis non dubitamus longe melius quam nos intelligere posse.

Volumusque, quod nova ista comunicetis cum illis ex Reverendissimis Cardinalibus, qui vobis videbuntur, illis efficatioribus et pertinentioribus verbis, que prudentia vestra noverit expedire. Et hoc idem volumus per vos fieri cum Oratoribus Serenissimi Regis Hungarie.

De parte — — 167.
De non — — 1.
Non sinceri — 0.

(Velenczei államkönyv 157. l.)

134.

1463. Moro Kristóf velenczei fejedelem válasza Speranchich Pál horvátországi bán követének eléterjesztéseire.

MCCCCLXIII. die XIII. Junii.

Christophorus Mauro, Dei gratia Dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus, presentes litteras inspecturis notum esse volumus, quod cum Magnificus Paulus Sperancich Croatie Bannus etc. Egregium Georgium Lechovich familiarem suum ad nostrum Dominium misisset, nobisque Magnificencie Sue nomine infrascripta capitula porrexisset, unicuique eorum responsionem facimus, uti inferius patet et primo ad primum hujus tenoris respondeatur:

Dominium nostrum ob affectionem, quam intelligebat Magnificentiam Suam ad Statum nostrum habere, illam amare, verum intellecta hujusmodi nova oblatione sua, que nisi a summa devotione proficiscitur, in Magnificentiam optime dispositum, esse contentum requisitioni sue satisfacere ac eum cum filiis suis legitimis in aliorum nostrorum nobilium numerum suscipere.

Ad secundum respondeatur, quando Dominium nostrum esse contentum ei satisfacere, velleque, quod subditi sui ad unamquamque terrarum et locorum nostrorum libere venire, salve ac tute cum bonis et rebus suis stare, et ad libitum suum recedere non aliter ac cives nostri facere possunt.

Ad tercium respondeatur, similiter Dominium nostrum esse contentum M. Suam cum toto statu suo, quem ad presens tenet, in protectionem contra quoscumque, excepto Serenissimo Hungarie Rege, suscipere, verum quia de rebus futuris, parum aut nihil intelligi potest: de Status futuri protectione aliud non videtur nobis esse respondendum.

Ad quartum respondeatur, quod fiat ut petitur, et quod res suas non aliter quam nostras proprias tractabimus, faciemusque tractari.

Ad quintum respondeatur, quod postquam M. Suam in protectionem cum statu suo suscepimus, eam, statumque suum contra quoscunque, qui ei bellum inferrent, semper defendemus, excepta Corona Hungarie, quemadmodum ut supra respondimus.

Ad sextum respondeatur, quod nullo pacto dubitet, quod venientibus nobis ad aliquam pacem cum Teucro aut aliis inimicis nostris, semper M. Suam memorie habebimus, ac illam in contractu cujusque pacis nominari, ac includi faciemus tanquam commendatum nostrum.

Ad septimum respondeatur Dominium nostrum multum fiducie in virtute et magnanimitate M. Sue habere, sperareque illa mediante ac viribus et defensione nostra, quod Statum suum conservabit. Verum si, quod Deus avertat, casus accideret M. Suam ob devotionem et fidem suam semper commendatam habebimus, ac ei condecenter providebimus.

Ad octavum respondeatur nos esse contentos, quantum petit facere, ut inter Dominium nostrum et M. Suam sit illa unio atque concordia, que ob devotionem et fidem M. Sue erga Dominium nostrum, nostrumque in illam amorem merito esse debet.

Preterea acceptamus omnes alias oblationes per M. Suam nobis factas, sicut constat per scripturam per suprascriptum Oratorem suum nostro Dominio porrectam, cujus tenor subsequitur.

De parte	—	—	180.
De non	—	—	0.
Non sinceri	—	—	0.

(Velenczei államkönyv 158. l.)

135.

1463. Pál horvátországi bán által a velenczei Signoria eléterjesztett kérelmi pontok.

MCCCCLXIII. die XIII. Junii.

Hec sunt Capitula Banni Pauli suprascripti.

Ban Paulo domanda dala Serenissima Signoria de Venexia, che sia recevuto per fiolo de San Marcho, e per suo gentilomo et fradello del suo conseglio, zioe lui e li soi figliuoli.

Item, che li siano liberi cum lor persone et servidori in ogni luogo de la Signoria et con lor haver, venir, star et partirse etc.

Item, che la Signoria gli toglia in le soe man et in suo protection zoe loro et li suoi castelli, e tuto lo lor haver et lor contado, e lor servidori e lor contado quello ano adesso, et quello haverano per avenire.

Item, che la Signoria non ge faza danno ne oltrazo per tempo alguno in queste cosse predicte.

Item, che la Signoria li defenda, et non li abandoni in tute le cosse predicte, chome fradelli et amixi suo, et come suo proprie terre contra cadauna persona de questo mondo.

Item, che quando la Signoria fesse qualche paxe, o triegua cum li Turchi, over con altri inimixi sui, over del Ban predicto, che la Signoria fazi cussi et patizi per Ban Paulo e suo figliuoli, chomo per se medema.

Item si per qualche desgratia achadesse, che Ban Paulo perdesse la soa signoria per qualche caxon, over occupation de li Turchi, che la Signoria de Venetia gli faza tal provision in suo dominio, che possa mantenirse bene et condecentemente.

Item si achadesse reforzar qualche differentie fra uni, o fosse al presente e non se podesse achonzar per li officiali de la Signoria et del Ban predicto, che allora se debbiano metter bone persone da una parte e l'altra, e quelle bone persone sotto lor sagramento o fede, debbiano acconzar ogni cossa etc.

(Velenczei államkönyv 158 l..)

136.

1463. A velenczei államtanácstól Pál horvátországi bánnak tett ajánlatok.

MCCCCLXIII. die XIII. Junii.

Hec sunt oblationes Bani Pauli suprascripti.

Paulo Ban de Croatia intende de dar ogni fermeza su la soa persona mediante le soe lettere a la Illustrissima Signoria Vostra a questo modo: primo che lui, e li suoi figliuoli, e descendenti siano sempre perpetual servidori de la Signoria Vostra, e fioli del glorioso San Marcho et esser in le mano protection de la Signoria Vostra. E questo offerisse el Ban con ogni suo cordial amor e bona volunta, et con tuto suo poder offerando la persona, e le terre sue, e servidori suoi, e beni suoi presenti, e che a venire.

Item promettemo a la dicta Signoria, che nui volemo in ogni cossa sempre, e con tutte le nostre forze, e pertinentie far e mantenir ogni debito servicio et vera e cordial amicitia, per ogni onor e utilita de la Signoria predicta con tuto nostro poder cum nostra persona, e de li amici et servidori nostri contra cadaun homo del mondo, non fiando palexemente contra la Corona de Hungaria, e se pur achadesse per qualche tempo, chel Re de Hungaria volesse far qualche contrarieta a la Signoria Vostra, over suo stado, che uni non saremo contra la Signoria de Venexia et in favor de dicto Re de Hungaria, e questo specialmente per la defension de la ditta Signoria me fa contra el paganesimo, la qual cossa redunda adesso in favor de dicta Corona, e de tutta la Cristianita.

Item promettemo a la predicta Signoria, che mai dimo inanzi per indutta ne volunta d'alchuno, nui non faremo alcuna contrarieta cum volonta nostra, contra la dicta Signoria, ne suo stado, ne nui ne li servitori nostri ne amici nostri, ne palexemente, ne secretamente.

Item promettemo ala dicta Signoria, che lor e i suo servidori per ogni tempo, et ad ogni modo possa venir star et habitar in le nostre terre, et in le nostre parte, con ogni suo haver, con piena liberta e fede nostra, chome in soe terre proprie.

Item promettemo a la Signoria predicta se mai fosse de bisogno a quella de la persona nostra, o de li nostri servidori a li servixii de la Signoria in le nostre parte, over in altre parte, qual se voglia, che nui sempre saremo aparechia di ad ogni commando de la Signoria predicta secondo la nostra possibilita, siando achordati condecentemente e possando remanir in paxe el paise nostro.

Item promettemo se alcuna volta fra nui alcuna differentia resorzesse o fosse stada fin a mo, zioche non se podesse achonzar con li nostri officiali e suoi, che se elegano boni homeni da una parte e da l'altra, e quello faranno e zudegarano, sia fermo e rato per una e l'altra parte.

(Velenczei államkönyv 159. l.)

137.

1463. A velenczei államtanács levele a pápához a török pusztításairól és az ellene szükséges segélyről.

MCCCCLXIII. die XIV. Junii.

Summo Pontifici.

Serenissimus Dominus Dux, Sapientes Consilii, Sapientes Terre.

Sepenumero, Beatissime Pater, impedentibus Christiane rei animadversis periculis ob superbissimi hostis Turci cupiditatem et insolentiam, ut qui finitimi rebus essemus, atque plerisque coniecturis et signis, de pessima ejus voluntate, deque apparatibus bellicis, et tum marittimis tum terrestribus aliquid exploratius haberemus apud Sanctitatem Vestram, supremum Christianorum Principem et catholice fidei defensorem, nuntiis et litteris antea, postremo per Oratorem egimus nostrum, de provisioneque, que tam accerimi hostis cogitatibus opportune opponeretur. Nunc vero, quod diu in suspitione habebatur, magna jam ex parte prorupisse in actum conspicimus. Ecce Venerande Crucis infensissimus inimicus, omnibus undique coactis copiis perinde atque nemo inter Christianos reliquus sit, qui ejus cupiditati atque impetui

vel possit vel velit occurrere, regnum Bossine est agressus, fines ejus passim populatur, incendio, ferro, cedibus cuncta devastat; incolas misere divexat, atque in direptionem et predam suis satelitibus dat, potiora regni, atque munitiora castella et oppida, partim vi et armis, partim deditione jam cepit, Regem ipsum, quod sine dolore et lacrimis ne cogitari quidem animo debet, fede ac misere captum habet. Quicquid superesse videtur illius regni, quod parum est, tale est, ut facillime occupari possit, ruptis jam reseratisque claustris, dissipatis regni custodibus, occupatis minutioribus oppidis, capto denique Rege, jam aditus undique ad insinuandum se se in Christiane ditionis precordia hosti accerrimo patefacti sunt, nec est, quod cupiditatem ejus sistat, nisi armis et vi perpropere obviam eatur. Jam hostilis exercitus superatis regni Bossine finibus ad littora usque Segne, idest ad hostium et fores Italie infestis armis gloriabundus irrumpere non est veritus. Nec pro magnitudine cladis ad aures usque Beatitudinis Vestre increbuisse non dubitamus. Nos, que hec cernimus propius et quorum ante oculos pene versari cuncta videntur, pro virili parte saluti rerum prospicientes, periculosum hunc rerum statum significandum imprimis Beatitudini Vestre delegimus, patri summo et principi omnium, salvatoris et domini nostri Jesu Christi benedicti, cujus de honore et nomine agitur, indubitato in terris Vicario, atque Ecclesie, ac Christiani nominis vigilantissimo defensori. Dubitare non possumus, quin magnitudo cladis et finitimi ac prope urgentis acerbitas periculi, cor piissimum Sanctitatis Vestre zelo domus Dei commoveat, atque incendat, et ad ea provocet atque invitet, que jam diu conceperat animo, et ventura sapienter providerat. Jam Beatissime Pater, apparatibus, viribus, expeditione celeri et facto indigent res; non est ovile Dei, non grex vestre rectioni divinitus creditus in tanto discrimine deserendus, non lupis et truculentissimis bestiis in escam tradendus, quinimmo defendendus omnibus viribus, Vestre nunc admirande sapientie, vestre insignis interest pietatis, vestra requiritur potissimum opera, quo rei Christiane adversus crudeles barbaros, adversus furiam insevientium hostium saluberrime consulatur. Nos pro virili parte Beatitudini Vestre numquam deerimus, vestra

auspicia, vestram auctoritatem sequimur, exercebimus vires, exponemus opes; sanguini et vite ipsi, si opus fuerit, majorum nostrorum sequentes vestigia, dignitati et debiti non immemores nostri, nequamquam parcemus, pro Dei Omnipotentis honore et laude, et sanctissime fidei defensione.

De parte	— —	151.
De non	— —	2.
Non sinceri	— —	4.

(Velenczei államkönyv 159. l.)

138.

1463. A velenczei államtanács levele római követéhez a töröknek Boszniában tett dúlásairól, és segély sürgetésről.

MCCCCLXIII. die XIIII. Junii.

Oratori nostro ad Summum Pontificem.

Superioribus litteris proxime ad vos scriptis intelligere potuistis infelicia nova, que de perfidissimo hoste Turco multis modis allata sunt, per cujus ingressum in Bossinam omnes fere partes illas dominio suo subegerat, reddimur certi, quod ante has acceperitis litteras nostras, et ea omnia, ut jussimus, et par est, Romano Pontifici nota feceritis; postea multis modis, variisque scribentium litteris certiores facti sumus, non solum Regnum Bossine per hunc sevissimum crucis hostem occupatum fuisse; verum etiam ipsius regni Regem captum et in miserabilem Turchorum servitutem abductum fuisse, ita ut de Regno, de Rege, deque tot Christi fidelibus jam actum esse certissinum dici potest. Res quippe horrenda, et omni commiseratione dignissima, frequentibus quoque litteris nuntiatum est nobis, accerrimos hostes istos pro sua insaciabili libidine domandi penetrasse in partes Corbavie et per loca etiam Comitum Segne, strages, rapinas, cedes et incendia plurima commisisse. Que omnia quantum magnifacienda sint, quantum christiane saluti conducant, quid ultra insolentissimus hostis facile sibi spondeat, pro magnitudine rerum, tacen-

dum potius quam recensendum putamus, quando quidem Italie hostia amodo sibi pateant, ut que dudum machinatus est, in excidium eversionemque christiane religionis, explere posse conetur, hec cum tanti momenti sint, ut quam maxime deploranda veniant, utinam in tempore a Christianis Principibus provideantur; volumus propterea Pontifici Maximo habere omnia quam primum significari, ut Sanctitas Sua, cui imprimis ista incumbunt, ea considerare, liberareque possit, et pro sua immensa sapientia et pietate occurrere gravissimis periculis, que jam in foribus dici possunt, Nos vero pro quanto semper in nobis erit, nec laboribus, nec vite proprie parcere intendimus. Et demum nihil unquam pretermissuri sumus, quod splendorem et gloriam Creatoris nostri, salutemque Christiani nominis noscamus posse concernere.

De re ista scribere etiam per litteras nostras decrevimus Pontifici Maximo, quas mittimus his adiunctas, earumque exemplum istis implicitum, quas quidem litteras Sue Beatitudini presentabitis, studebitisque solita prudentia vestra, omnique vestro studio, quantum scribimus, adimplere.

Volumus propterea, quod hec omnia communicetis cum Reverendissimis Dominis Cardinalibus, qui vobis videbuntur huic rei posse conferre, utendo etiam medio eorum apud Romanum Pontificem, ut per omnes modos induci possit ad provisiones, et ad hanc intentionem nostram.

De parte — — 151.
De non — — 2.
Non sinceri — — 4.

(Velenczei államkönyv 159. l.)

139.

1463. A velenczei államtanács Magyarországnak a töröktől megvédelmeztetése ügyében Lengyel-, Cseh- és Németországba követeket küldeni határoz.

MCCCLXIII. die XXIII. Junii.

Quanquam existimandum sit, Oratorem nostrum apud Serenissimum Hungarie Regem multum prodesse posse, ne cum Teucro ad pacem deveniat, tamen si videntur se opprimi, ac tanti inimici impetui resistere non posse, nec sibi opportuna presidia parari: dubitandum vehementer est, ne aliam viam capiat cum totius Christianitatis, ac nostro gravissimo periculo, que presidia nulla ex parte ita commode, ita celeriter haberi possunt, nisi ex partibus Polonie, Bohemie ac Germanie.

Quamobrem vadit pars, quod in hoc Consilio eligatur unus noster Orator, qui ad illas partes et Principes accedere debeat cum illo mandato, quod ei per hoc Consilium dabitur ad incitandos eos Principes, ut ad tam salutiferum, necessariumque Christiane Religionis opus, favores suos prestare velint. Habeat equos XVI, computato notario cum famulo suo et recedere teneatur, quando per Dominium ei mandabitur, qui equorum numerus nec per hoc Consilium, nec per quemvis alium modum vel viam augeri possit sub pena ducatorum quingentorum cuilibet contrafacienti per advocatores communes sine ullo consilio exigendorum.

Scribatur preterea Oratori nostro Hungarie, quod captato tempore illi Serenissimo Regi optimam mentem nostram erga Suam Serenitatem declarare debeat, nos ultra ea, que per Oratorem nostrum apud Summum Pontificem quotidie instare facimus, Oratorem nostrum ad suprascriptas partes mittere deliberasse ad excitandos eos Serenissimos Reges et Principes, ut presidia sua Majestati Sue exhibere velint, que consequi non dubitamus. Ideo Majestas Sua in suo Christianissimo proposito constanter perseveret, quum apud Deum gratiam, apud vero universum orbem immortalem gloriam consequetur.

De parte — — 63.

Consiliarii omnes. — Quia materia, qua de agitur, magni ponderis est, egetque optima consultatione, vadit pars: quod differatur usque diem lune, sive martis proximum, ut pro utilitate rerum nostrarum melius deliberari possit.

De parte — — 103.

Die XXVIII. Junii.

Iterum posita suprascripta parte sine ultimo capitulo fuerunt.

De parte	— —	143.
De non	— —	17.
Non sinceri	— —	10.

(Velenczei államkönyv 160. l.)

140.

1463. A velenczei államtanács Aymo János magyarországi követének válaszolván, általa Magyarország királyát a török ellen erélyes föllépésre és védelemre ösztönzi.

Die XXVIIII. Junii MCCCCLXIII.

Ser Joanni Aymo, Oratori nostro ad Serenissimum Regem Hungarie.

De litteris vestris, quarum ultime sunt diei VII. presentis, intelleximus appulsum versum Budam ac difficultates habitas in isto itinere vestro, placuitque nobis admodum audire, quod jam tandem salvus attigeritis civitatem ipsam, ut juxta desiderium vestrum exequi possitis nostra mandata, et quicquid existimemus. Petrum Thomasium ante has ex illis partibus recessisse, rursum tamen scribimus ad eum per alligatas litteras, ut quamprimum repatriare studeat.

Scripsistis nobis per litteras ipsas diei VII. quod eratis die sequenti recessurus, istinc profecturus ad Regiam Serenitatem Hungarie, id vos fecisse tenemus, intelligemusque libenter, quid responderit vobis Sua Majestas ac statum et conditiones illarum partium et reliqua occurentia.

Quid presertim ad nos scripseritis de opinione vestra circa majores oblationes faciendas Serenissimo Regi, intelleximus optime, et respondentes vobis cum nostro Consilio Rogatorum dicimus, quod ut scire potestis, venerunt ad nos Oratores ipsius Serenissimi Regis, commemorantes gravissima pericula ejusdem regni ac petentes favores nostros. Nos autem pro jure affectionis et benivolentie nostrę in Majestatem Regiam respondimus eis gratissime.

Postea vero considerantibus nobis conditiones rerum et temporum occurentium, infelicesque successus rerum Bossine, quam Turcus miserabiliter occupavit, volumus, quod detis operam adeundi quamprimum presentiam Regiae Majestatis, commemorando sibi successus predictos et quid perfidus hostis iste machinetur, facereque conetur in Christianorum excidium, quodque intelligentes tam litteris vestris, quam aliter S. Suam magnanime contra eum procedere statuisse, non possemus eam meritis extollere laudibus. Cognoscimus siquidem et videmus attentis magnis continuisque progressibus hostis istius necessarium esse, ut suis pravis conceptibus occurratur, utque Majestas Sua intelligat, quod esse intendimus illius optime mentis, cujus eam esse videmus agendi contra communem hostem pro communi securitate et favore rerum Sue S. et nostrarum, dicimus, quod ex nunc bene contenti sumus intelligere nos cum Majestate sua, devenireque ad apertum bellum cum hoste isto ex parte maris cum triremibus quadraginta, quas haberemus instructas ad ejus oppositum et cum gentibus nostris armigeris equestribus et pedestribus ac aliis hominibus et subditis nostris, quos habemus per loca, et marinas nostras finitimas Turco. Cum hoc, quod pro communi bono utriusque partis Sua S. etiam bellum gerat contra loca et statum istius hostis crucis omni conatu suo; confidimus namque in superna clementia, quod faciente Majestate Sua ex latere suo et nos ex nostro id, quod fieri poterit, res sue et nostre bene feliciterque succedent.

Dicetis quoque S. Sue, quod ultra ea, que incessanter operari nitimur, tam apud Summum Pontificem, quam apud alios Principes Christianos, pro his rebus fidei statuimus presertim eligere et mittere Oratorem nostrum ad partes Ger-

manie, Bohemie et Pollonie pro sedandis et componendis rebus illis, utque Principes et potentatus illi excitentur et inanimentur ad agendum potenti manu contra hunc immanissimum hostem.

Si idem Serenissimus Rex contentus erit et conformabitur cum hac intentione nostra: sumus contenti et volumus, quod in Dei nomine concludatis. Ideoque mittimus vobis presentibus implicitum sindicatum et mandatum nostrum in optima forma confectum, possendi nostro nomine promittere et stipulare contractum.

De parte — — 160.
De non — — 4.
Non sinceri — — 6.

(Velenczei államkönyv 164. l.)

141.

1463. A velenczei államtanács Aymo János magyarországi követét utasitja, hogy Magyarország királyát a török ellen hadra buzditsa, értesitvén arról is, hogy már a velenczi Signoria a török ellen nyilt támadásra indult és a fejedelmeket segélyre serkenti.

MCCCCLXIII. die XIIII. Augusti.

Ser Joanni Aimo militi, Oratori nostro ad Serenissimum Regem Hungarie.

Volumus, quod his habitis, adeatis presentiam istius Serenissimi Regis, cui nomine nostro dicetis: quod nuper multis modis ad notitiam nostram pervenit, Majestatem Suam cum Serenissimo Imperatore ad bonam concordiam et intelligentiam devenisse, habuisseque Coronam Regni. De quo profecto singulare gaudium, immensamque letitiam assecuti sumus. Cum enim Serenitatem Suam sincerissime diligamus, omnisque ejus honoris et glorie magnopere cupidi simus, nihil est, quod comoda et sublimationem suam concernere possit, quod non sit nobis ita gratum, ita perjucundum, sicut in nos ipsos collatum esset.

Habuimus proximis diebus litteras vestras datas XVIII. et XVIIII. Julii prope decursi, quibus inter alia novimus responsum vobis datum per Serenissimum Regem in facto intelligentie secum habende, pro qua diebus superioribus ad vos scripseramus, videlicet: quod Majestas Sua contenta esset ad ipsam intelligentiam devenire, dummodo per nos sibi exhiberentur favores contra Turcum, et respondentes cum nostro Consilio Rogatorum, dicimus esse mentis nostre, quod captato tempore, sitis cum Serenitate Sua, dicendo sibi: quod credimus non opus ei aliter patefacere, quantum Majestati Sue affecti sumus, optamusque omnem ejus splendorem et amplitudinem sui status, superfluum quoque esse tenemus commemorare, quantum S. Sua, suique progenitores, ac regnum istud semper christianissimi fuerint, et contra hostem fidei, nihil umquam de possibilibus pretermiserunt, contra quem perfidissimum hostem, si unquam tempus fuit, ut Christianorum vires excitarentur, id certe in presentiarum est. Attentis maximis successibus suis tam in Bossina, quam alibi in grave, manifestumque periculum Christianitatis. Nos itaque considerantes, quicquid dudum a parte maris tenuerimus classem nostram, ut efrenatos impetus suos ex illa parte continueremus, non sine gravi nostra impensa, deliberavimus tamen in honorem Summi Creatoris nostri, de cujus iam agitur, ultra triremes quadraginta, quas misimus ad partes Amoree, mittere etiam de gentibus armigeris et peditibus nostris Italicis in bono numero, que ad partes illas jam applicuisse debent, ita, ut cum hominibus triremium nostrarum, et aliis viribus, quas ex terris nostris colligere statuimus, habituri simus contra hunc hostem ultra triginta millia bellatores; decrevimus secum ad apertum bellum devenire, et nihil ommittere pro exterminio suo, vereque dicere possumus ingressos nos esse expresens sexcentorum millium ducatorum in anno. Notum preterea facietis S. Sue Pontificem Maximum omnino decrevisse res Italie paccare, vel per pacem vel per longas treuguas, et agere cunctis viribus contra hostem et ad id ipsum et excitare et movere potentias Italie. Ad hanc usque diem Oratores Illustrissimi Domini Ducis Burgundie missi ob hanc solam causam ad Romanum Pontificem applicuisse

debent, pro concludendis his rebus, in quibus Dux ipse tantum incensus est, quantum magis dici posset, scimusque Oratores ipsos his diebus attigisse Florentiam.

Misit ad nos Pontifex Maximus Reverendissimum Dominum Cardinalem Nicenum Legatum ob hanc unicam causam fidei, ut quecumque gerenda sunt, expediantur. Sed id apud nos non opus erat, quandoquidem, ut diximus, jam rumpere instituerimus contra hostem. Adhibetur quoque opera omnis nostra, ut dux Stephanus, Dominus Scanderbergus et alii Domini finitimi agant contra sevissimum hostem, tam versus partes Bossine, quam alibi, ut undique propulsari possit, in qua re etiam cum gentibus et viribus nostris, quas habemus proximas illis partibus, nihil de possibilibus ommissuri sumus. Hec omnia cum ita sint, Serenitati Regie significari volumus, ut jam tandem intelligat, quod per Dei clementiam omnia disponuntur, nosque jam actualiter facimus contra perfidissimum hostem. Super est, quod et si certissimi simus Majestatem Suam magno et forti animo ad hoc secutum opus processuram esse, tantoque magis, quanto cum Imperatoria Majestate ad bonam concordiam et intelligentiam devenit; tamen pro magnitudine desiderii nostri hortemur et rogemus eam, ut ex parte sua pro vetusto more progenitorum suorum magnanime agere velit contra communem hostem, quum dubitari non debet, quod a diversis partibus propulsatus, cogetur per diversa loca divertere vires suas, et per consequens in divina bonitate sperandum, quod exterminabitur ex Europa. Cum his autem et aliis bonis et pertinentibus verbis studebitis inducere et animare Serenitatem Suam ad prosequendam impresiam.

Verum si forte requireretur per Majestatem Suam favor noster, volumus, quod, ut diximus, modestis et humanis verbis commemoretis gravissimas impensas nostras, quas in hoc bello cum Turco habemus, habiturique sumus, et quod terra marique isti videntur nobis majores, qui Regie Majestati conferri possent.

Preterea, quia sicut ex superioribus vestris litteris intelleximus, velletis habere facultatem a nobis possendi expendere alios quatuor ducatos in diem, ultra illos, qui per electionem

vestram vobis concessi sunt; declaramus vobis, quod non est nostre intentionis, nec volumus, quod expendere possitis, nisi id, quod per electionem vestram et per leges nostras vobis statutum est.

De parte — — 150.
De non — — 0.
Non sinceri — — 1.
Facte fuerunt littere XV. Augusti replicati.

(Velenczei államkönyv 176. l.)

142.

1463. A velenczei államtanács válasza Fridrik római császár követének a triesti határügyre stb. vonatkozólag.

MCCCCLXIII. die XVIII. Augusti.

Quod Domino Joanni Henderbach, Oratori Serenissimi Romanorum Imperatoris, qui ad presentiam nostram venit, et post generalia commemoravit vetustissimam amicitiam et affectionem, que semper viguit inter Illustrissimum Dominum Austrie et nos, deinde conatus est declarare optimam dispositionem Imperatorie Majestatis agendi contra Turcum, quodque ob id principaliter venerat, libenter ad concordiam cum Rege Hungarie, dando sibi Coronam, successive ingressus est materiam Tergestinorum subditorum, et dicebat nomine Domini Imperatoris, quesivitque multis verbis et rationibus, quod desisteremus a novitatibus istis, que processerant occasione illius male dicte strate, pro conservatione amoris et benivolentie Imperatorie Majestatis erga nos, ad quam principaliter et non ad Tergestinos respicere debeamus etc. tetigit quoque negotium differentie dudum verse inter Reverendissimum Cardinalem Brixinensem et Illustrissimum Dominum Sigismundum Ducem Austrie, quam libenter componi desiderat, maxime per operam Reverendissimi Cardinalis legati hic existentis. Ultimo loco commemoravit novitatem nuper secutam Tridenti, commendando nobis rem illam, presertim pro interesse suo, cum sit Prepositus Ecclesie Tridentine etc. sicut

per Serenissimum Dominum Ducem huic consilio relatum est, respondeatur:

Quod libenter intelleximus, quantum ipse supradictus Orator nobis prudenter exposuit, estque certum et indubitatum, quod ut ipse dixit, maxima semper fuit amicitia, et benivolentia inter Illustrissimum Dominum Austrie et nos, utrinque multis preclaris effectibus demonstrata, quam profecto nedum conservare, sed si quid etiam superaddi possit, augere semper intendimus, maximeque cum Imperatoria Majestate, quam merito veneramur et colimus, cui etiam agimus magnas gratias pro comunicatione nobis facta concordii initi cum rege Hungarie, et corone sibi exhibite. Nec possumus Cesaream Majestatem dignis extollere laudibus, quod ad id tam prompto, tamque libero animo devenerit, presertim, ut perfidissimorum Turcorum, crucis hostium, periculis occurri possit. Est enim tam sanctum, tam gloriosum hoc sue Serenitatis propositum, ut nihil supra explicari queat. Neque dubitari debet Majestatem Suam, cui pro summa dignitate, quam tenet ista apud Romanum Pontificem, principaliter incumbunt, exinde perpetuam, eternamque laudem assecuturam esse, nosque ad id pro precipua affectione nostra in Serenitatem Suam, quantum possumus, eam hortamur, rogamusque. Quid vero tam mari, quam terra adversum hunc communem hostem in honorem Summi Creatoris nostri pro portione nostra facere statuerimus, ipsi Sp. oratori non incognitum esse tenemus, quandoquidem nec facultatibus, nec sanguini, nec vite proprie parcere decreverimus.

Cum partem tangentem Tergestinos profitemur, numquam nos recordari arrogantie, honestissimorumque morum suorum, quod merito commoveri non impellamur, postquam enim preter omnem equitatem violenter, et de facto in contumeliam nostram, jacturamque gravissimam subditorum nostrorum, fregerunt occuparuntque stratas victualium et rerum, que continue per superiora tempora Justinopolim et ad alia loca nostra conduci solebant, numquam cessarunt verbis et factis impudentissime agere contra nos. Quesivimus sepe per viam quietis differentias illas tollere, sed quanto honestius cum eis agere studuimus, tanto semper insolentius et proter-

vius se gesserunt, ab omni humanitate et caritatis officio penitus declinantes, non preterit Oratorem ipsum, quod anno prope decurso pro componendis differentiis istis, et ad nos et ad partes illas secontulit, ad quas etiam misimus Oratorem nostrum, cumque petiissemus castrum novum, quod pheudum nostrum est, et petra scandali dici poterat, se penitus facere recusarunt, persistentes in ostinato proposito, indignis ac spurcissimis verbis et factis nos quotidie provocantes. Processit ob id, quod nonnullos equites ex nostris misimus prope illa confinia, qui super nostro stratas custodirent, neminique inferrent injuriam, sed ut Musulachi, non cogerentur preter velle suum, cum victualibus magis ad unum, quam ad alium locum se conferre, Tergestini insolentissimi quadam die in nostros equites et super nostro fecerunt insultum, quorum plerique vulnerati et aliqui etiam cesi sunt, inter quos armigerum quemdam nostrum, jam ab eis captum, spoliatumque armis, et aliis omnibus mille vulneribus sauciarunt, et in tot frustra trucidarunt, ut si a nostris postea accipi, et sepeliri voluit, opus fuit, quod corpus illud in tot partes divisum in quodam sacco colligeretur, sepelireturque. Res quidem horrenda, et ut ita dixerimus, a Turcis sevissimis aliena. Lacces-siti itaque et provocati tot contumeliis et iniuriis, ad ea pulsi devenimus, que in hanc usque diem secuta sunt, et si jam tandem contra Tergestinos justa arma nostra convertimus: neminem esse credimus, qui pacientiam nostram diuturnam admirari non debeat ac nos in tantis eorum insolentiis justificatos jure optimo laudare non debeat, quemadmodum etiam imperatoriam Majestatem his et aliis intolerabilibus Tergestinorum excessibus intellectis, pro sua sapientia et equitate facturam esse non dubitamus.

Ad partem differentie vigentis inter Illustrissimum Dominum Ducem Sigismundum Austrie et Reverendissimum Cardinalem Brixinensem profecto dicere non possemus, quantum semper scandalum istud moleste tulerimus, pro quo sedando et componendo, ut Orator ipse potuit intelligere, nec laboribus ullis, nec experimentis percepimus, mittentes Legatos et litteras, et nihil demum pretermittentes tam cum Romano Pontifice, quam aliter, quod a nobis fieri potuerit. Cumque pro

nostra affectione in ambos dominos istos magnopere cupiamus videre concordiam istam, placet nobis admodum, quod ipse Orator huc se contulerit, ut interveniente auctoritate imperatoria et sapientia sua, tam cum Reverendissimo Cardinale Legato Apostolico, qui est hic, quam aliter possit operari, quicquid boni poterit pro isto concordio.

De novitate nuper in Tridento secuta vere non habemus aliam particularem informationem, nec bene scimus, quid in re ista dicere possimus, hoc tamen ipsi Sp. Oratori notum esse volumus, quod pro nostra in eum affectione et benivolentia cupimus libenter, sibi semper rem gratam et commodam efficere posse.

Verum ex nunc captum sit: quod si per responsum, quod fiet per ipsum Oratorem, ita opus erit, res ista nostra cum Tergestinis justificari et honestari debeat cum predictis et aliis omnibus verbis et rationibus, que collegio videbuntur.

De parte — — 149.
De non — — 2.
Non sinceri — — 2.

(Velenczei államkönyv 177. l.)

143.

1463. Skanderbegnek követei által a velenczei államtanács elé terjesztett kérelmi pontjai.

MCCCCLXIII. die XX. Augusti.

Hec sunt capitula Oratorum Magnifici Domini Scanderbegi.

Capituli porti per el R. Prothonotario et Abbate de Santa Maria de Rotezo, et lo egregio Andrea Snaticho Ambassadori del Signor Zorzi Castrioti, dicto Scanderbego, Signor de Albania per conservation del vostro et suo stado a guerrizar e combatter contra i perfidi Turchi.

Primo, se offere star in campo cum le sue zente, de le qual ne haveva raxonevel copia ben in punto a danni de Turchi

provisto per la Illustrissima Signoria de Venexia, et dadoli favor de zente d'arme e fanti italiani in quella quantita apara conveniente a la dicta Signoria, el qual favor vol esser presto, per i casi, che puol occorrer.

Secundo, che de pagamenti e denari li fosse dati per tal pagamenti, lui non habi a far cum vostri Rectori, ne provededori de Albania, ma solo cum la Serenita Vostra, e per suo nome cum l'abbado de Rotezo, over altri da esser deputadi per el prefato Signor, acio non nassa scandolo tra loro, come per el passado, ma de tutte cosse habbia a conferir con i Rectori e provededori de la Serenita Vostra, e attender ai suoi consegli e ordeni.

Tertio, che ogni anno dal principio de Avril fin tutto Zugno, nel qual mezo tempo Turchi poriano vegnir a la desfaction dei vostri luogi soi, ne i porti piu commodi, sia tegnudo una galia armada, e una nave per reducto desso Signor e homeni vostri, come soi per honor utele e bene del vostro stado e suo.

Quarto, che facandose paxe cum Turchi, el dicto Signor non sia expulso, anzi messo indicta pace, cum tutti soi homeni et i luogi, come vostro bon fedel.

Quinto, chel fiol del so Signor, che al presente ha cercha anni VIII, sia acceptado in el numero dei vostri zentilhomeni.

Sexto, che essendo expulso del suo paese, li sia deputado qualche vostro luogo e terra cum la provision se convegni al Signor, chel possi viver cum speranza de tornar in suo stado, che l'Altissimo Idio lassi deliberar, quello sia el meglio e la salude de Christiani.

Septimo, che di quanto el resta creditor per la sua provision, li sia satisfacto in questa terra, perche la Signoria Vostra infinite volte ha commandado a provededori e rectori, li sia satisfacto, e li commandamenti vostri non sono sta aldidi.

(Velenczei államkönyv 178. l.)

144.

1463. A velenczei államtanács határozata a Skanderbeg kérelmi pontjaira adandó válasz tárgyában.

MCCCCLXIII. die XX. Augusti.

Quod ad capitula nobis exhibita per Reverendissimum Prothonotarium et Abbatem Sancte Marte de Rotetio, Oratorem Magnifici Domini Scanderbeghi, lecta huic consilio, ac etiam uni alteri Oratori ipsius domini, qui post dictum prothonotarium ad nos missus est, retulitque nobis presente ipso prothonotario collega suo, quod dominus suus motus bonis respectibus potius cupit habere gentes nostras italicas contra Turcos, quam quod sibi solvamus gentes, quas primo petiit sibi solvi ex suis, quas habet in illis partibus, sicut huic consilio relatum est. Respondeatur, et primo ad primum:

Quod diligentes Magnificum Dominum Scanderbegum ob virtutes suas et quia contra hostes fidei semper forti animo pugnavit: sumus et reperiemur semper optime dispositi ad omnia, que honorem et commoda sua concernere possent. Et circa favores gentium nostrarum italicarum, quas petit, ut melius contra Turcum facere possit, sicut se facturum spondet. Dicimus, quod contenti sumus, et sibi promittimus gentes nostras Italicas, que sunt in partibus Albanie, et ultra hec favores aliarum gentium subditorum et locorum nostrorum ipsarum partium. Sumus quoque contenti et offerimus Magnificentie Sue pro tempore novo mittere favores, suos equites quingentos et pedites quingentos italicos, ut potentius hosti bellum inferri possit. Interim vero, videlicet: pro hac hieme sibi dari faciemus ducatos 2000, ut rebus suis melius satisfacere possit, quousque, ut diximus, mittemus gentes predictas, quarum gentium tam suarum, quam nostrarum contenti sumus juxta requisitionem ejusdem domini, quod Magnificus ejus filius sit Capitaneus, idem vero Magnificus Scanderbergus gubernator.

Ad secundum, quia cupidi sumus in omnibus possibilibus Sue Magnificentie satisfacere, contenti sumus, quod in

facto istarum pecuniarium non habeat agere cum rectoribus, seu provisoribus nostris Albanie; nam mittemus hinc Magnificentie Sue dictas pecunias, in aliis vero rebus conferre habeat et consultare cum rectoribus et provisoribus nostris, attendereque suis consiliis et ordinibus, sicut petit.

Ad tercium: certum exnunc esse volumus Dominum Scanderbegum, nos continue, maxime stante bello cum Turco, habituros esse in partibus Albanie et Dalmatie, non unam sed plures triremes et alia navigia, que in omnem casum erunt ad omnia commoda terrarum et locorum tam Sue Magnificentie, quam nostrorum.

Ad quartum dicimus, quod siquo tempore deveniemus ad pacem ac concordiam ullam cum Turco: erimus semper libenter memores Magnificentie Sue et nominabimus et comprehendi faciemus eam cum statu et suis subditis in ipsa pace et concordio, tanquam bonum adherentem et recommendatum nostrum; ita quod in pace et bello sit unum et idem nobiscum.

Ad quintum: contenti sumus et gratum admodum nobis est, quod filius suus sicut petit, fiat et sit nobilis de nostro majori Consilio, in qua re expedienda bene et votive procedememus juxta ordines et leges nostras, sicut in his casibus fieri solitum est.

Ad sextum dicimus, quod speramus et in divina bonitate confidimus non esse modo aliquo eventurum talem casum; immo proculdubio tenendum est, quod perfidus hostis iste propulsabitur ex Europa, quum ultra vires nostras et ipsius domini Summus Pontifex et alii Potentatus Christiani disponuntur et parantur ad agendum magnanime contra hostem, ut ex omni parte potenter comprimi possit, sed nihilominus in satisfactionem prefati Domini dicimus, quod si forte occurreret casus predictus, certus sit, quod loca nostra sua semper reputari poterunt et Magnificentie Sue taliter providebimus, quod de nobis poterit merito contentari.

Ad septimum et ultimum, libenter et integre sibi solvi, et satisfieri faciemus de provisione sua.

De parte	—	—	125.
De non	—	—	1.
Non sinceri	—	—	4.

Ser Palus Bernardus Sapiens Consilii vult partem suprascriptam per totum excepto: quod non vult promissionem dandi Domino Scanderbego ducatos duo millia, sicut in primo capitulo cavetur.

De parte — 31.

(Velenczei államkönyv 178. l.)

145.

1463. A velenczei államtanács határozata a Skanderbeg követeinek kifizetendő összegek tárgyában.

MCCCCLXIII. die XXIII. Augusti.

Quod pro expeditione Oratorum Domini Scanderbegi, qui capiunt redire ad dominum suum cum condusionibus hic factis, sicut deliberatum est per istud Consilium, accipi debeant tam de pecuniis depositi, quam ex omni alio loco ducatos 1500 vel circa, qui sunt pro provisione sua preterita, et dari dictis Oratoribus.

Preterea captum sit, quod post recessum dictorum Oratorum, accipi similiter debeant de pecuniis depositi et ex omni alio loco, ducatos duos millia, qui per concordium nuper factum cum Oratoribus ipsius Scanderbegi sibi promissi sunt, ac etiam ducatos sexcentos, quos infra unum mensem habere debebit de provisione sua, que decursa est, et nunc currit, qui ducati duo millia sexcenti mitti debeant ad ipsum Dominum Scanderbegum, quando et sicut videbitur collegio, ut idem Dominus contra Turcum juxta conventa libentius facere possit.

Et quum restant aliqua capitula pertinentia prothonotario et Oratori ipsius Scanderbegi, que non sunt importantie, collegium habeat libertatem expedire ea, sicut sibi videbitur.

De parte — — 143.
De non — — 3.
Non sinceri — — 3.

(Velenczei államkönyv 179. l.)

146.

1463. A velenczei államtanács utasitása István szent-seböki fejedelemhez küldött követe Priuli Antal részére.

MCCCCLXIII. die XXVII. Augusti.

Quod viro nobili Antonio de Priolis Oratori designato ad Illustrissimum Dominum Ducem Stephanum Sancte Save fiat hec commissio.

Christophorus Mauro, Dei gratia Dux Venetiarum etc. Committimus tibi nobili viro, Antonio de Priolis, dilecto civi et fideli nostro, quod vadas honorandissimus Orator noster ad Illustrissimum Dominum Ducem Sancte Save et cum omni celeritate te ponas ad iter, executurus cum diligentia infrascripta mandata nostra.

Primo namque volumus, ut te conferas ad civitatem nostram Spaleti, ubi conferas cum illo comite nostro et tam ab eo, quam ab illis fidelissimis civibus et aliis, a quibus exactius et diligentius informari posse speraveris, sumas omnem minutam et particularem informationem de statu et conditionibus provincie Bossine: quot in ea Turci sunt, quot loca, et que ab illis occupata tenentur, quot et que in manibus aliorum et qui sunt, que oppida in provincia illa ultra Turcos possident, qui motus sunt in provincia ipsa, que conditio vivendi et cujus auctoritatis ac virium est unusquisque illorum Bossinensium, qui Spaletum profugi se receperunt et inter ceteros hic, qui apud nos est, nomine Juannis et pro quorum medium novi aliquid illic suscitari posset, et cum quibus viribus, cum quibus modis provincia illa posset de manibus Turcorum recuperari et sub cujus nomine res facilior factu esset. Item de situ illius, partiumque suarum, et siquid in ea est passus, aut validum quoppiam oppidum, quid pro dominio nostro faceret, ad custodiam videlicet et tutelam rerum nostrarum Dalmatie. Item quot homines nos ex policia et ex reliqua Dalmatia nostra pro favore impresie conferre possemus. Ac quomodo homines ipsi nostri apti et idonei essent, et quomodo, sub quorum ductu, ad que loca commode mitti pos-

sent. Et de omnibus diligentissime cum veritate informatus, priusquam ex Spaleto discedas, quecunque tuis litteris nobis denotanda curabis, et ita sufficienter, ut nihil restet, quid circa res illas a te desiderare possimus. Illos autem Bossinenses, qui Spaleti sunt, bonis verbis suasos et contentos facere et tenere procurabis.

De Spaleto expeditus iter tuum accelerabis versus Illustrissimum Ducem Stephanum, ubi illum esse intellexeris, cui presentatis litteris nostris credentialibus, factisque salutationibus et oblationibus pro more convenientibus, dicere et exponere debeas: quod quando ad nos allatum fuit de oppressione, quam immanissimus hostis fidei ei, statuique suo, post regni Bossine excidium, regisque trucidationem inferebat, dolorem et displicentiam sumpsimus, quam certe exprimere verbis non possemus, tum ob amorem et studium nostrum in omnes christianos Principes, tum vero ob singularem caritatem, qua precipue Illustrissimam Dominationem Suam semper sumus prosecuti et prosequimur. Unde secuta postea per divinam clementiam liberatione sua a predicta oppressione, et subsequenter recuperatione illarum rerum status sui, quas Turci primo impetu abreperant, magna sumus affecti letitia et cum Sua Eacellentia amice et fraterne congratulamur. Restat solummodo, ut imposterum Illustrissima Dominatio Sua se excitet, ingenium, animum et spiritos omnes suos dirigat ad provisiones, que non solum statum suum a tanto periculo tutum reddere habeant, sed illum etiam augere possint; ad que existimamus futurum opportunissimum remedium recuperationem Regni Bossine nuper perditi, quam recuperationem satis facilem judicamus: modo Excellentia Sua, ceterique domini et barones, qui auctoritatem et vires habent, huic negotio incumbant, dominatio tiranis Turci in Regno ipsa nova et recens est. Barones, nobiles et populi illius peius contenti esse non possent, quum in sevissimam et fedissimam servitutem se redactos et subactos vident. Non est dubitandum illos ad omnem motum insurrecturos, et pro se quosque facturos, quicquid poterunt pro exeundo ex tanto tiranide et acquirendo aliquam portionem status illius. Non deerunt preterea vicini et alii domini, qui partim benivolentia in eum,

partim odio in Turcum et timore suimet Sue Excellentie faveant, et Turcum ipsum in diversis partibus molestare conentur. Propterea non expectet Illustrissima Dominatio Sua, quod animi tepefiant, et res Turci in Regno illo diuturnitate temporis corroborentur. Ea preterea, que Spaleti senseris et intellexeris de conditionibus illis, et tibi ad propositum visa fuerint, sumus contenti, ut cum eo ad propositum conferas, et his, omnibusque aliis verbis et rationibus, que prudentie tue vise fuerint, procura et nitere, quantum potes, ut Excellentiam Suam inanimes et inducas ad se movendum contra Turcos in illa provincia, et ubi ac quo modo tibi magis utile et ad propositum convenientius visum fuerit; Excellentie Sue etiam dicas, quod nos quoque honestos et convenientes favores nostros ad liberationem Regni illius ex manibus infidelium deesse non patiemur.

Nescimus, ad quem terminum deducte sint dissensiones, quas cum filio ejus Comite Vladislao habere consveverat, sed quum bonam tranquilitatem et quidem inter eos huic negotio quam maxime conducere posse intellegimus, immo nisi inter ipsos ceteros, que filios ejusdem Duche, et eundem Vladislaum sit bona concordia: non videmus, quando ad rem hanc attendere possint, volumus, ut si inter eos concordia esset, illam confirmare et corroborare diligéntissime studeas per modum, quod omnes simul omnibus viribus, inter se optime intelligentes, deveniant ad impresiam. Si vero inter ipsos dissensio et simultas adhuc vigeret: volumus, ut prefato Duche et similiter Comiti Vladislao, ad quem cum nostris credentialibus litteris te conferres, dicas nomine nostro et respondeas: dissidia sua fuisse causam maximarum cladium et desolationum dominii eorum et eos omnes ad extremum periculum conduxisse amittendi uno momento statum et personas irrecuperabiliter, nisi Summus Deus noster per ejus inefabilem clementiam misertus eorum, illos liberasset; propterea deponere velint omnem rancorem et Dominus Ducha inducat animum amplectendi Comitem supradictum sincera paterna caritate. Comes autem ipse se filiali amore et observantia erga patrem se inclinet, et sumpta, prout fuerit opus, diligenti et particulari informatione differentiarum suarum et causarum,

ob quas dessident, omni studio et diligentia sua nitere, illas componere et dominos ipsos penitus unire, ostendasque comiti Vladislao pacem et concordiam cum patre pro ipso principalissime facere, ut directis viribus et studiis paternis et suis, et recuperationem regni Bossine, dominatum suum ampliare possit. Nihil tandem intentatum relinquas, ut pax et concordia inter eos sequatur, si ulla via id possibile est.

Factis expositionibus tuis et habita responsione, subito ad nos scribe, et rerum omnium particularem informationem des tam de conditionibus dominii eorum, quam de viribus suis, de dispositione sua, de gentibus, quas habent, sive habere possent, de modo, quo impresiam capiendi haberent, de suis inter eos differentiis, et causis et rationibus, quid speras, quid credis futurum. Et breviter de rebus omnibus, quas verisimiliter nos intelligere debere, et opus esse intellexeris, presertim vero voluntatem et dispositionem prefati Duche et modos ac vias, quas habet ad hoc negotium, ab eo intelligere procura et nos advisa, et nostrum in partibus illis mandatum expectabis.

De parte	—	—	134.
De non	—	—	2.
Non sincere	—	—	1.

(Velenczei államkönyv 180. l.)

147.

1463. A velenczei államtanács válasza a horvátországi bán nejének, kinek férje török fogságba esett, a követe által kölcsön kért váltságdíj tárgyában.

MCCCCLXIII. die IX. Septembris.

Quod Spectabili militi, Domino Nicolao Testa, Oratori Magnifice Domine Bannisse Croatie, qui nuper venit ad presentiam nostri Dominii et parte prefate domine exposuit, velle intelligere, si contenti erimus, pro redemptione Magnifici Banni, viri sui a Turcis capti, mutuare aliquam pecuniarum quantitatem, cum ipsa domina contenta sit in manibus nostri dominii depositare de locis et fortaliciis suis pro securitate pecuniarum per nos dandarum, et casu, quo dictus

Magnificus Bannus redimere non posset, seu interficeretur, consideratis periculis status sui, contenta est nostro dominio libere dare et assignare fortalicia Bannatus sui, modo eidem Magnifice Domine et filius suis provideatur ita, quod convenienter in partibus istis vivere et decentem vitam ducere possit, et ultimo, quod cum status ejusdem Magnifice Bannisse sit sub protectione nostra et a dominis circumvicinis diversimode molestetur: provideatur, quod ipsi domini se abstineant a facienda novitate terris et locis suis; respondeatur:

Quod audivimus ea, que nobis prudentissime exposuit parte Magnifice Domine Bannisse, pro redemptione captivitatis Magnifici Banni sui viri, et dicimus, quod contenti erimus pro causa suprascripta mutuare illam honestam quantitatem pecuniarum, que conveniens fuerit, dante, ut nobis obtulit Magnificentia Sua, pro cautione nostra de fortaliciis suis, dummodo fortalicia ipsa nobis placeant et sint ad propositum rerum nostrarum Dalmatie.

Circa partem dandi statum ipsius Magnifici Banni, casu quo de vita non esset sperandum: dicimus, quod consideratis conditionibus et periculis, in quibus constitutus est status prefati Magnifici Domini Banni: erimus contenti accipere loca Bannatus et Clisii, Tenini et Ostrovice, et ipsi Magnifice Domine et filiis suis providere, ita convenienter, ut honorifice cum filiis suis vitam ducere poterit.

Ad ultimam vero partem dabimus operam et cum effectu providebimus, quod domini circumvicini intelligant statum Magnifice Domine Bannisse et filiorum esse constitutum sub protectione nostra, quodque ab inconvenientiis se abstineant, et ex nunc captum sit, quod in executione eorum, que alias capta fuerunt, per istud Consilium scribatur et mandetur comiti nostro Spaleti, quod Dominis illis dici faciat in honesta et convenienti forma, quod ab inferrendis novitatibus se abstineant, cum ipsa Domina Bannissa sit sub protectione nostra.

De parte	—	—	150.
De non	—	—	0.
Non sinceri	—	—	3.

(Velenczei államkönyv 185. l.)

148.

1463. A velenczei államtanács válasza a János boszniai vajdának a brazei szigeten lakhatási kérelme tárgyában.

MCCCCLXIII. die XII. Septembris.

Quod Spectabili militi, Vaivode Juanus Bossinensi, qui contulit se ad nostram presentiam et presentavit nobis foleum lectum isto Consilio, respondeatur:

Quod vidimus libenter Sp. Suam, et propter affectionem, quam sibi gerimus, optamus semper in cunctis, que a nobis fieri possint, sibi complacere; et circa partem insule nostre Braze, quam petit, dicimus, quod quando insula ipsa sub dominio et obedientia nostra pervenit, promisimus per patentes litteras, et privilegia nostra, conservare et tenere illos subditos nostros, nec eos aliqualiter alienare a nostro dominio, et ita obligamus, et astricti sumus facere per leges et ordines nostros, quibus convenire non possumus, ideoque rogamus eum, ut in hoc nos habeat supportatos, bene autem contenti sumus, dari facere semper receptum ipsi Vaivode et suis, ac etiam Serenissime Regine, et in insula Braze et in aliis terris et locis nostris, in quibus semper bene, honorificeque videbuntur, speramusque et in Divina bonitate confidimus, mediantibus apparatibus, qui undique fiunt ac etiam virtute sua et suorum, quod brevi recuperabit non solum ea, que amisit, verum etiam de aliis rebus cum honore, reputatione et commodo Sp. Sue, quum, ut diximus, confidimus cito in exterminium Crucis hostium multa bona fieri posse.

Ad partem domus, que est Spaleti, dicimus, quod ob amorem, quem sibi gerimus, contenti sumus sibi accedere domum ipsam pro habitatione sua et suorum ad beneplacitum nostri dominii, et ita scribemus et ordinabimus circa hoc, quantum fuerit opportunum.

Verum quia idem Spectabilis Vaivoda offert se cum quadringentis personis equestribus et pedestribus servire, et se exercere contra hostem: dicimus, quod ut istud melius et promptius facere possit, et quia eum diligimus et honoris et

commodi sui cupidi sumus, contenti sumus sibi dari facere ducatos ducentos de provisione in anno, videlicet singulis mensibus sex ducatos centum ad beneplacitum nostri dominii.

De parte — — 151.
Ne non — — 10.
Non sinceri — — 2.

(Velenczei államkönyv 186. l.)

149.

1463. A velenczei államtanács válasza Aymo János magyarországi követnek a magyar királylyal kötendő szövetség tárgyában, értesitvén őt a burgundi herczeg és más hatalmaknak a török elleni készülődéseiről.

MCCCCLXIII. die VI. Octobris.

Ser Johanni Aimo militi, Oratori nostro ad Serenissimum Regem Hungarie.

Litteris vestris nuper ad nos delatis dierum XVI. et XVII. Septembris prope decursi intelleximus, quantum significastis nobis circa praticas habitas et modos per vos servatos, ut deveniretis ad conclusionem intelligentie, sive lige cum Regia Serenitate Hungarie juxta nostra mandata, que omnia non minus diligenter, quam prudenter per vos gesta nobis plurimum placuerunt, ac exinde laudamus vos, et magnopere commendamus, videbimus libenter capitula lige ipsius, que certi reddimur edita fuisse juxta mentem et intentionem nostram, quam vobis nostris litteris denotavimus.

Placuit nobis admodum intelligere optimam dispositionem, ferventissimumque propositum Serenissimi Regis agendi magnanime contra Turcum communem hostem, nec satis in hoc Celsitudinem Suam possumus laudare, cui volumus, ut nostri parte dicatis, quod speramus et in superna bonitate confidimus advenisse tempus, quo brevi tenendum est hostem istum teterrimum cum eterna laude nominis christiani exterminari posse, quum post adventum Romam Oratorum Illustrissimi Domini Ducis Burgundie, qui obtulerunt, ipsum do-

minum suum personaliter profecturum ad hanc secutam expeditionem cum potenti numero armatorum, postque nonnullas praticas cum eis et cum aliis Oratoribus potentatuum Italie, ob id specialiter per Summum Pontificem convocatis, tandem divino aspirante numine eo deventum est, ut etiam Pontifex Maximus ad hanc expeditionem presentialiter se conferre statuerit, collectis viribus suis et ecclesie sancte, ac aliis viribus omnibus, que presertim in Italia haberi poterunt, dispositus omnino ad tempus novum cum viribus predictis transitum facere adversus hostem prefatum. Dux vero Burgundie offert se tempore novo cum exercitu suo potenti transiturum ad impresiam contra Turcum.

Nos, ut aliis nostris litteris intelligere potuistis, sumus in aperto et ardenti bello cum Turco, et cum potenti classe nostra, cumque gentibus nostris armigeris et peditibus ex Italia missis, aliisque viribus nostris collectis in partibus Orientalibus in Amorea bellum gerimus contra hostem; et ex his, que novissime habuimus, gentes nostre ad loca Eximilii profecte, ea muris cingere et fortificare studebant, ut hoc facto provinciam illam facilius obtinere possent, in qua cum Turchis nostri conflixerant, coegerantque eos partim exire extra Eximille cum jactura et damno suo, partim ingredi civitatem Corinti, studemus augere et accumulare vires in partibus illis tam gentium armigerarum et peditum, quam etiam triremium X, quas de presenti armamus, ut vadant ad se uniendum cum alia classe nostra, que est galearum quadraginta, et nihil unquam pretermissuri sumus, ut pro gloria Redemptoris nostri, proque salute christiani nominis hostis iste valeat propulsari, et quum scribitis Serenissimum Regem statuisse mittere in Bossinam equites quatuor millia, laudamus et commendamus plurimum missionem hujusmodi exercitus, tantoque magis compelletur disperdere vires suas. Et demum volumus, quod per omnes illos meliores et decentiores modos, qui vestre prudentie videbuntur, solicitetis Majestatem Suam, detisque operam, quod magnanime et potenter de presenti agat contra perfidissimum hostem. Nos quoque de successibus rerum et de his, que continue fient, vos litteris nostris certiorem

faciemus, ut de omnibus, sicut decet affectionem et benivolentiam nostram, Serenitas Sua informata sit.

Preterea vos advisamus diversis modis nobis nuntiatum essee Magnum Caramanum et Usonum Cassanum, qui sunt potentes domini in partibus Asie, bellum gerere statuisse contra statum Turci in partibus illis.

Scripsistis nobis Cancellarios Regie Majestatis petere eis solvi et satisfieri pro capitulis et contractu lige, circa quam rem respondentes, dicimus, quod contenti sumus, quod provideatis eis, sicut melius et honestius facere posse videbitis, usque ad summam ducatorum quinquaginta in sexaginta.

De parte — — 163.
De non — — 3.
Non sinceri — — 1.

Commemoramus etiam vobis, quod Cancellarium vestrum commendatum habeatis, dando honestam operam, quod sibi etiam pro parte Regie Majestatis decenter satisfiat.

(Velenczei államkönyv 192. l.)

150.

1463. A velenczei államtanács határozata a modrusi püspöknek Mátyás király követének a kölcsön kért pénzt illetöleg adandó tagadó válasz tárgyában.

MCCCCLXIII. die XIII. Octobris.

Quod Reverendo Patri, Domino Episcopo Modrussie et Corbavie, Oratori Serenissimi Regis Hungarie, qui nuper ad presentiam nostram se contulit, commemorando magnam benivolentiam et affectionem Sue Majestatis erga nos ac quam prompto et bono animo devenerit nobiscum ad intelligentiam, et ligam, successive dixit, quod ex conditionibus, in quibus se reperierit, idem Rex opus habet pecuniarum, ut melius contra communem hostem bellum gerere possit, loquens tamen circa hoc multum modeste etc. — sicut per Serenissimum Dominum Ducem huic Consilio relatum est, respondeat:

Quod libenter intelleximus, quantum Sua R. P. solita ejus prudentia nobis eleganter exposuit, agimusque magnas et amplissimas gratias Regie Serenitati Hungarie pro humanissimis verbis suis, proque multa affectione et benivolentia, quam gerit nostro dominio; sed nos quoque certissimam esse volumus Majestatem Suam, quod sumus sibi singulari amore et immensa caritate affecti, omneque decus et amplitudinem Celsitudinis Sue non minus, quam propriam affectamus. Quandoque his diebus audivimus felices successus suos tam in Regno Bossine quam aliter, profecto maximam jacunditatem et letitiam sumpsimus. Et quanto progressus Serenitatis Sue feliciores et ampliores erunt, tanto siquidem nobis gratiores. Ad ligam et intelligentiam cum Sua Majestate devenimus optimo et sincerissimo corde, in qua et in affectione nostra perpetuo perseverare disponimus.

Ad partem favorum pecuniarum vellemus profecto et in hoc et in omnibus Regie Majestati complacere posse, sed sicut per oratorem nostrum dici fecimus Serenitati Sue, per ingressum nostrum in bello cum Turco, sumus ad presens in expensis ducatorum sexcentorum milium et ultra in anno, tam in gentibus armigeris, et pedibitus ex Italia missis et quos incessanter mittimus contra comunem hostem, quam in potentissima classe, quam continue fortificamus contra ipsum hostem, hinc est, quod licet voluntas nostra in Celsitudinem Suam perfectissima sit; tamen non sit nobis possibile facere, quod vellemus, ideoque rogamus Majestatem Suam, ut nos habeat supportatos.

Commemoreturque ipsi Oratori, quod bellum, quod potenter gerimus contra hostem, existimandum est maximum presidium rebus Sue Serenitatis. Commemorentur etiam ea, que impresentiarum per Summum Pontificem et per alias potentias disponuntur contra hostem fidei exterminandum, et demum omnibus illis utilibus et pertinentibus verbis, que expedire videbuntur, queratur, quod de hoc justificato et honesto responso nostro restet bene contentus.

De parte — — 152.
De non — — 0.
Non sinceri — — 5.

(Velenczei államkönyv 194. l.)

151.

1463. A velenczei államtanács határozata István fejedelem fiának Lászlónak követei által tett előterjesztésére a brazei sziget és a velenczei ház tárgyában.

MCCCCLXIII. die XIII. Octobris.

Quod spectabilibus oratoribus Illustrissimi domini Ladislai filii domini Ducis Stephani, qui nuper venerunt ad nostram presentiam, et rebus Bossine et in facto insule Braze, quam dominus suus petit per nos sibi concedi, et circa domum, quam hic Venetiis pro residentia domini, retulerunt ea, que isti Consilio nota sunt, respondeatur:

Quod gratissime intelleximus, quantum ipsi Spectabiles Oratores nobis exposuerunt parte Illustrissimi Domini Sui, carissimi fratris nostri, cujus extra quo magis possumus, regratiamur pro humanissimis verbis et oblationibus suis, et pro his, que commemorari nobis fecit de suscipienda impresia Regni Bossine, et respondentes dicimus, quod pro multa affectione et amore nostro in Dominationem Suam sumus, semperque erimus magnopere cupidi omnis honoris et amplitudinis sui status; sed sicut diversis modis habetur, Serenissimus Rex Hungarie jam bonis diebus suscepit impresiam Bossine, in quam gentes sue potenter ingresse sunt, et sicut facti sumus certiores, obtinuerunt Jaiciam, erantque in procinctu obtinendi reliquum, ideoque postquam res Bossine ita succedunt: non videtur nobis opus esse in ista materia aliud dicendum, in qua stantibus terminis non videtur nobis aliter nos impedire.

Circa partem insule Brace, quam petunt, dicimus, quod sumus sincere affecti Illustrissimo Domino suo, cui cupidi sumus in cunctis possibilibus complacere; sed avisamus Sp. Suas, quod quando insula illa sub dominio nostro pervenit, promissimus per patentes litteras, et privilegia nostra conservare, et tenere illos subditos nostros, nec eos a nobis aliqualiter alienare, et ita obligati et astricti sumus facere per leges et ordines nostros, quibus contravenire non possumus;

ideoque rogamus Excellentiam Suam, ut in hoc nos habeat supportatos.

Ad partem domus, quam petit hic Venetiis, respondemus, quod profecto gratum nobis admodum esset satisfacere in hoc requisitioni sue; sed ut scire possunt, in hac urbe cum maxima difficultate reperiri possunt domus venales, que sint convenientes maxime uni domino, sicut est Excellentia Sua, neque in hoc volumus aliud testimonium, quam extra patris sui, cui nondum de una domo sibi congrua satisfacere potuimus; at vero semper, quum habebimus modum possendi habere unam domum condecentem dominationi sue, id libenter faciemus.

De parte	— —	153.
De non	— —	1.
Non sinceri	— —	0.

(Velenczei államkönyv 195. l.)

152.

1463. A velenczei államtanács határozata Aymo János magyarországi követe részére, a magyar királylyal kötött liga, a kölcsön kért pénz, és az István fejedelem s fia Ulászló közti ügyek felvilágositása tárgyában.

MCCCCLXIII. die XIX. Octobris.

Ser Joanni Aimo Militi, Oratori nostro ad Serenissimum Regem Hungarie.

Significastis nobis anteactis diebus conlusionem intelligentie inite nomine nostro cum Regia Serenitate Hungarie, cujus quidem lige capitula scripsistis ad nos quamprimum esse missurum, distulimus tamen hanc usque diem scribere vobis, quicquam expectantes videre capitula ipsa, ut ad ea, que expedienda forent, pertinentius vobis respondere possemus. Non intelligimus causam more istius, sed gratum admodum nobis erit videre capitula ipsa, quanto celerius esse possit. Advisantes vos, quod proximis diebus his contulit se ad nos

Reverendissimus pater dominus Episcopus Modrussie et Corbovie, Orator Serenissimi Regis Hungarie, qui inter cetera explicavit nobis conclusionem dicte lige, quam dominus suus ratificabat et approbabat leto animo et libenter; dixit quoque nobis idem Orator, quod dominus suus, consideratis necessitatibus et calamitatibus regni sui et oppressionibus dudum illatis per Turcos, cupiebat, rogabatque nos, ut de favore pecuniarum sibi provideremus, cum quibus melius, validiusque posset facere contra Turcum. Nos ad primam partem respondimus, Paternitati Sue in bona et grata forma verborum, quodque ad ligam deveneramus perfectissimo animo, dispositi perpetuo in ea, inque singulari amore et affectione cum Sua Majestate perseverare. Ad secundam partem commemoravimus gravissimas et pene incredibiles expensas nostras per ingressum nostrum in aperto bello cum Turco, que revera excedebant summam ducatorum sexcentorum millium annuatim, ex quibus rogavimus Majestatem Suam, ut nos supportatos haberet. Miseramus multas gentes equestres et pedestres ex Italia contra hostem comunem, habebamus potentissimam classem contra eum, continue augebamus vires nostras tam mari, quam terra, ut omni ex parte exterminari posset. Isti videbantur nobis magni favores Sue Serenitati, quum hostis vires suas divertere pulsus erat, et per consequens Majestas Sua melius et commodius ex latere suo sibi bellum inferre posset.

Memores sumus scripsisse vobis alias, quod attentis magnis processibus Turci, tam in regno Bossine, quam alibi, dubitantesque, quod res ille non tenderent in peius ac scientes discordiam exortam inter ducem Stephanum et Vladislaum filium suum, qui adhesisse videbatur Turco, ut bellum gereret contra patrem et alios christianos: mittere deliberavimus unum Oratorem nostrum ad illos dominos, ut experiemur, si eos invicem concordare possemus, et ita misimus ipsum Oratorem, qui ut nuper nobis scripsit, difficultates illas composuit; sed quum inter cetera Orator ipse scribit prefatum Vladislaum ingressum esse in Bossinam, et nonnullas terras et loca obtinuisse, publicarique fecit, quod istud fecit et facit nomine nostro, quasi inferre volens, quod nos pretendamus ad res illas

Bossine et sibi ob id porrigamus favores nostros, que fama non fuit vera, nec est; immo istud cum magna displicentia audivimus, qui nunquam aspiravimus, nec aspiramus ad res illas; sed nos tenemus, quod pro majori reputatione suarum rerum Vladislaus ipse famam istam sparserit, scribendas has nostras ad vos duximus, ut meram veritatem intelligatis, utque si forte ad aures Serenitatis Regis Hungarie seu suorum fama ista pervenisset, que posset esse molesta Majestati Sue et quicquam vobis promotum esset, seu vulgari sentiretis: possitis solita prudentia vestra patefacere veritatem, et illis utilibus et accomodatis verbis, que videbuntur vobis, justificare et honestare rem istam, sicut bene facere poteritis et scietis. Quandoquidem omnis honoris, omnisque amplitudinis status Serenitatis Sue revera non minus, quam nostri proprii, cupidi semper sumus, et quando pridem scripsisti nobis Serenitatem Suam deliberasse attendere ad impresiam Bossine, nos profecto de hoc maximum gaudium habuimus; proximis his diebus, cum allatum esset gentes Majestatis Sue intrasse regnum Bossine, ac obtinuisse Zaizam, profecto incredibilem letitiam sumpsimus, credentesque novum istud verum esse, sicut desiderabimus, scripsimus et de eo indilate notitiam dedimus Romano Pontifici.

De parte	—	—	161.
De non	—	—	0.
Non sinceri	—	—	0.

(Velenczei államkönyv 196. l.)

153.

1463. A velenczei államtanács válasza a cseh királyhoz a triesti határviszály ügyében, emlitve, hogy a török ellen már a pápával és a burgundi fejedelemmel is ligát kötött a Signoria.

MCCCCLXIII. die quarto Novembris.

Serenissimo Regi Boemie.

Delate sunt nobis littere Serenitatis Vestre, quibus intelleximus, quantum de nobis ex his, que adversus Tergestinos geruntur, Majestas Imperatoria questa sit. Quid etiam responderit ei Vestra Sublimitas, nec minus optimam ejus mentem litteris his suis plane cognovimus. Agimus gratias et quidem ingentes Majestati Vestre pro comunicatione hujusmōdi, quam ab sua in nos affectione et ab officio humanissimi principis, pacis et quietis cultoris processisse videmus; fuimus semper, sumus, et esse intendimus obsequentes filii Cesaree Majestatis, nec ulla extat memoria in contrarium amoris et veteris benivolentie nostre in Excellentissimam Domum Austrie, cum qua per continua tempora, precipuo quodam vinculo amicitie in magna tranquilitate et otio vicinavimus; fuitque semper id summum desiderium nostrum, ut pro vetustissimo more majorum nostrorum omni studio quesiverimus, cum omnibus in pacis amenitate quiescere. Dolemus magnopere, ut preter institutum hoc nostrum provocati et lacessiti, ut ita dixerimus, mille Tergestinorum injuriis, contra subditos et fideles nostros illatis, jam tandem pulsi adversus tantam eorum proterviam moti sumus. Non quidem, ut rem ullam minus, quam equam aut ingratam Serenissimo Imperatori fecisse exestimemus. Sed ut Tergestinorum arrogantiam ac importabiles violentias justissime comprimendas esse duceremus. Postquam enim Tergestini ipsi violenter — et de facto jam tercius agitur annus — in contumeliam nostram, gravissimamque jacturam subditorum nostrorum fregerunt, occuparuntque stratas victualium et rerum, que continue per superiora tempora ad loca nostra conduci solebant, nunquam cessarunt verbis et factis impudentissime agere contra nos. Quesivimus sepe per viam

quietis differentias illas tollere, sed quanto honestius cum eis agere studuimus, tanto semper insolentius se gesserunt. Cumque Tergestini ipsi arma contra nostros iniquissime suscepissent, trucidassentque nonnullos ex nostris, jam tandem lacessiti, ut diximus, vim vi nobis reppellere licuit. Neque ob id putamus Serenissimnm Imperatorem justam querelle causam habere posse. Quandoquidem existimamus Celsitudinem Suam in omnem casum affectionem nostram longe amplius, quam levitatem et inconstantiam Tergestinorum magnifacere debere, qui nullos unquam curarunt et cuncta semper pro sua nequitia et libidine facere conati sunt. Atquum Serenitas Vestra concordiam cum eis habendam suadet, nos utpote zelatores pacis numquam repudiavimus, nec repudiamus Tergestinorum injuriis oblivisci, maxime, quando impresentiarum adversus perfidissimum hostem Turcum vires nostras in honorem Dei et sancte religionis nostre, jam actualiter direxerimus.

Novissimeque etiam cum Romano Pontifice et Illustrissimo Domino Duce Burgundie contra ipsum Turcum ad ligam et intelligentiam devenerimus, ut adversus eum cunctis viribus procedatur, requisiti quoque ab ipso Romano Pontifice, circa pacem Tergestinorum per medium Reverendissimi domini Cardinalis Niceni, Legati hic existentis, interpositionem suam bono animo acceptavimus, contentique fuimus, quod ejus Reverendissima P. nuntium suum mittent inter Tergestum, non obstante, quod locus ille ab exercitu et militibus nostris obsessus sit. Nec defuturi sumus — salvo honore nostro — decentes conditiones concordie semper amplecti, hec omnia Serenitati Vestre eo libentius nuncianda duximus, quo certi sumus eam pro sua sapientia et equitate justificationes nostras libenter audituram, nos quam honestissimam et justissimam causam fovere judicaturam esse.

De parte	—	—	122.
De non	—	—	21.
Non sinceri	—	—	8.

(Velenczei államkönyv 991. l.)

154.

1463. A velenczei államtanács levele a pápához a liga és a török elleni segély tárgyában.

MCCCCLXIII. die XVI. Novembris.

Summo Pontifici.

Quod dudum summo studio concupivimus, Beatissime Pater, jam tandem opera sapientissima Sanctitatis Vestre factum est. Speramus, et in superna clementia Redemptoris nostri fiduciam gerimus ex inito federe contra perfidissimum hostem Turcum in honorem et gloriam Creatoris nostri, salutemque Reipublice christiane multa bona confici posse, neque est apud nos dubium, quod pro quanto ad classem marittimam et navale bellum spectare potest, Sanctitas Vestra, Illustrissimus Dominus Burgundie Dux, ac nos ita potentes erimus, ut divino favente numine, marittima expeditio felices successus habitura sit. At quum, ut Beatitudinem Vestram longe amplius, quam nos, scimus non preterire ad conterrendum, oppugnandumque hostem, expeditio terrestris necessaria est, presertimque per viam Hungarie, que Turcos sepe cum eorum ingenti clade conflixit, commemorantes reverenter duximus Sanctitati Vestre, regnum Hungarie dudum magnis depopulationibus, variisque calamitatibus oppressum, necessariis presidiis opus habere, tam per missionem unius Reverendissimi Legati, quam per provisionem pecuniarum, per illos modos contrahendarum, quos Beatitudo Vestra meliores, utilioresque noverit, presentia enim legati maximopere conferet rebus illis. Multa in tempore disponentur auctoritate, consilio et sapientia sua, que si secus ageretur, nequaquam fieri posse tenemus. Ope pecuniarum percipiendarum validior exercitus primo tempore sicut omnino expedit: parari poterit, sicque hostes exinde, qui dudum Hungaricam virtutem experti et a diversis partibus propulsati eo facilius expugnari poterunt, victoresque evadent Christi fideles adversus potentissimum hostem. Orare propterea volumus, quanta possumus cura, Sanctitatem Vestram, ut rebus istis Hungarie neccessariis provisio-

nibus assistere libeat, labitur velocitate tempus. Erit cito proximum primum ver. Res feliciter gerende in celeritate consistere solent. Que sancte, glorioseque per Vestram Beatitudinem cepta sunt, certissimi sumus eam cum salute christiani nominis populi sibi commissi, eternaque et immortabili laude mediaturam et usque in finem prosecuturam esse.

De parte	—	—	137.
De non	—	—	1.
Non sinceri	—	—	1.

(Velenczei államkönyv 201. l.)

155.

1463. A velenczei államtanács Aymo János magyarországi követét a pápa, a burgundi fejedelem és a Signoria közt létrejött török elleni liga felöl értesiti.

MCCCCLXIII. die XVI. Novembris.

Ser Joanni Aimo militi, Oratori nostro ad Serenissimum Regem Hungarie.

Ad officium affectionis nostre in Regiam Serenitatem Hungarie pertinere cognoscimus, que nobis occurrunt, cognitione digna, et que maxime non dubitamus Majestatem Suam pro jucundo animo audituram esse, sibi significare. Nuntiamus itaque vobis, quod proximis diebus inter Summum Pontificem, Illustrissimum Dominum Ducem Burgundie, et nos in urbe Roma medio Oratorum ipsius domini Ducis, et nostrorum istic existentium, habentiumque opportuna, conclusa et feliciter celebrata est bona liga et intelligentia contra perfidissimum hostem Turcum, adversus quem etiam alii potentatus Italie disponuntur, secuturi Serenitatem Suam validis viribus et potentia. Promiseruntque Summus Pontifex ac Illustrissimus Dux prefatus, hoc proximo tempore novo presentialiter se movere et cunctis viribus mari, terraque agere contra hostem, quemadmodum et nos facimus et magno et constanti animo facere polliciti sumus, augereque vires nostras, et nihil de pos-

sibilibus pretermittere in excidium communis hostis istius. Cumque nuper requisiti instanter ac persuasi simus a Pontifice Maximo, ut cum eo personaliter ad hanc sanctam expeditionem proficisci velimus; nos licet respectu senectutis, et etatis nostre jam ingravescentis id difficillimum esse noscamus, cupidi tamen in tam pio et necessario opere Sue Beatitudinis morem gerere, collocantesque voluntatem, et omnem dispositionem nostram in superno Redemptore nostro, Sanctitati Sue bono et prompto animo, personam nostram obtulimus, profecturi cum ea et cum prefato Illustrissimo Duce. Nihilque demum pretermissuri eorum omnium, que vires non excedit nostras, ut tam gloriosum et celeste opus favente altissimo feliciter perfici possit. De his omnibus volumus, ut quamprimum notitiam detis prefato Serenissimo Regi, dicendoque sibi, quod speramus, et in divina bonitate confidimus advenisse tempus, quo res Christiane brevi bene, feliciterque succedent. Sed expedit etiam, ut ad propulsandam potentiam et rabiem tanti hostis Serenitas Sua pro virtute et magnanimitate sua ex latere suo, viribus omnibus, quibus poterit, hoc proximo tempore novo, res suas, ad hanc sanctam expeditionem disponat, ut ad exterminandum hunc hostem procedere possit per modum, quod a diversis partibus oppressus, melius faciliusque fugari possit.

Preterea accepimus nuper litteras a Serenissimo Francorum Rege, quibus in responsionem nostrarum declarat nobis optimum animum et ferventem dispositionem suam faciendi contra Turcos, sicut per exemplum litterarum suarum, quod vobis mittimus his implicitum, videbitis. Nos autem, ut confirmemus Majestatem Suam in bono proposito suo, utque habeantur favores sui: mittere statuimus ad Suam Serenitatem unum Oratorem nostrum, quem expedire quamprimum studebimus, de qua re volumus, ut etiam prefato Serenissimo Regi notitiam dare curetis.

De parte — — 140.
De non — — 0.
Non sinceri — — 0.
Facte fuerunt littere XVIII. Novembris 1463.

(Velenczei államkönyv 202. l.)

156.

1463. A velenczei államtanács válasza István szent seböki fejedelem követének a kivánt pártfogás, a fiával való viszály, s más egyebek tárgyában.

MCCCCLXIII. die XVIII. Novembris.

Quod ad capitula per Oratores Illustrissimi Ducis Stephani Sancte Save nostro dominio porrecta respondeatur: Nos intellexisse, que nomine Illustrissimi Domini Sui prudenter exposuerunt, Excellentie cujus gratias agimus de salutationibus, oblationibus et donis suis.

Ad partem vero subsidii pro recuperatione status sui a Turcho sibi abrepti, deque illius sustentatione dicimus, quod amantes Excellentiam Suam, tanquam bonum fratrem, etsi quemadmodum intelligere potest, pro pondere et magnitudine belli adversus Turcum terra marique suscepti magnis impensis involuti sumus: tamen, ut intelligat amorem nostrum erga Excellentiam Suam, sumus contenti Rectoribus nostris Dalmatie mandare, quod sibi morem gerant, eique de illis peditibus, quos illis in partibus habemus, inserviant pro recuperatione status sui [et hoc idem dicimus de aliis gentibus, quas ad ipsas civitates et loca nostra sumus missuri, quod ad omnem Excellentie Sue requisitionem illi inserviant, pro conservatione status sui.] Quantum vero attinet ad illius conservationem in futurum: dicimus, quod considerantibus nobis bellum anno futuro Turco inferendum ex partibus Hungarie, Albanie et Grecie a Summo Pontifice, Illustrissimoque Burgundie Duce, cum quibus phedus et societatem inivimus et a nobis et compluribus aliis Christianis potentatibus et trans Kalipolis angustias certos nos reddimus, quod de statu suo dubitare non habebit. Verum certus erit de adipiscendo . . . . . inimici, nihilominus accedente solamine declarantes, quod in ipsam expeditionem idem Summus Pontifex, Illustrissimus Dux et nos pro reverentia Dei et defensione catolice fidei adversus crucis inimicum magnis apparatibus et viribus personaliter accedemus.

Ad rem filii dicimus, quod cognoscentibus nobis clare dissensionem, quam cum eo habuerat, fuisse causam damni status sui, quando intelleximus pacem Sue Excellentie cum illo factam, letati non mediocriter fuimus. Verum quando postea nobis nuntiatum fuit, ipsum filium suum non acquiescere, nec de pace ipsa stare contentum, dubitantes talem discordiam esse posse totalem ruinam suam, pro nostra in illum benivolentia, Oratorem nostrum ad Suam Excellentiam misimus pro ejusmodi differentiis componendis, ut status suus tutus, securusque redderetur, deque ejusmodi concordia non parum contentamenti habuimus, considerantibusque his temporibus talem perturbationem majoris scandali suscitationem esse posse, animadvertentibusque quid per discordias per elapsum acciderit, quantumque deterius accidere posset: Excellentiam Suam fraterne rogamus, quod postquam status ille in filii manus pervenit, qui causa salutis sue esse posset et aliter ruine majoris, quod pro presenti aequo animo ferre velit, quum in Dei clementia et tot christianorum apparatibus speramus, quod tantum de inimici statu aquiretur, quod ejusmodi differentie per illius partitionem aptari per bene poterunt, pro quibus componendis faciemus semper, quicquid boni nobis possibile fuerit, ut inter Excellentiam Suam et filium sit illa unio et pax, que inter patrem et filium jure optimo esse debet.

De loco Almisii dicimus, quod quando locus ille nostro dominio se subegit, promisimus eos sub ditione nostri domini conservare; nec videmus modum, quomodo Excellentie Sue honeste satisfacere possimus: quum esset contra promissiones nostras; verum pro nostro in illum amore ei libenter offerimus receptum in unamquamque terrarum et locorum nostrorum tam Dalmatie [quam omnium aliorum civitatum et locorum nostrorum] pro Sue Excellentie, suorumque omnium tutela.

De triremi dicimus Excellentiam Suam optime intelligere debere, quandoque his temporibus galeis opus habeamus ac maximo numero, ideo non posse requisitioni sue satisfacere. Verum, si quis casus accideret: certam esse volumus Excellentiam Suam, quod pro nostro erga illam amore ei adminus de una galea providebimus, ut se, suosque salvare possit, sicuti anno presenti fecimus.

De bladis, que petit et querela, quam de Potestate Antibari facit, pro farina et barcha etc. dicimus, quod dominio nostro carum esset in omni casu Sue Excellentie rem gratam facere. Cui declaramus, quod ob deffectum bladorum, quem habemus, opus est nobis parce metiri conditiones bladorum pro sustentatione classis nostre et exercitus, quem in Peloponneso habemus; preterea non sine animi molestia audisse, quid per suprascriptum Potestatem Antibari sibi factum fuerit. Ideo ei expresse mandabimus, quod omnia sibi integre restituat; ex nuncque captum sit: quod mandetur ipsi potestati, quod accepto mandato nostro infra viginti dies restituisse debeat farinam et barcham, seu valorem cum integritate sub pena dupli per advocatorem communis sine ullo consilio exigenda.

Ad partem demum pacis dicimus, quod si acciderit, quod ad pacem cum ipso Turco veniremus: ob nostrum in Excellentiam suam amorem memorie habebimus illum in ea includere. Ideo Excellentie Sue pariformiter commemoramus, quod si ad pacem eum prefato Turco deveniet, illam sine nostro consensu non faciat, cum honestas ipsa velit, quod vir hujusmodi oblatione, quam Excellentie Sue facimus, ad hoc prorsus obligata sit.

De parte — — 124.
De non — — 2.
Non sinceri — — 4.

Nota: quod suprascripte due additiones videlicet inter [ ] facte fuerunt mandato Collegii.

(Velenczei államkönyv 202. l.)

157.

1463. A velenczei államtanács válasza István szentseböki fejedelemnél lévő követének, annak fia László ügyében.

MCCCCLXIII. die XVIII. Novembris.

Comiti Spaleti et Oratori nostro ad Illustrissimum Ducem Sancte Save.

Vostre lettere fra le altre dade sotto die XVII. del passado recevessemo, per le qual ne significasti per le summe instantie, facteve per lo Illustrissimo Ladislao, e dechiaration di suoi pericoli avevi assentido darli tre nostre insegne de San Marco, et a Juanis nostro provisionado fanti 40, de la qual cossa, quantunque ne fusse grata ogni persecution et expulsion de Turchi, et ogni recuperation de quelle parte per gloria del Signor Dio, e salude de fedeli, tamen per rispecto de la liga e confederation facta cum la Maesta di Re de Hungaria, quale ha delibera andar in Bossina, desiderosi non li causar alcun sospecto, che pretendiamo aver alguna partecipation de dominio in quel regno. Volemo, che cum quel modo bello ve sera possibile, dobia operar cum el dicto Conte Ladislao, che le insegne nostre non le volia adoperar, salvo ne le terre e luogi suo paternal per recuperation, di qual per l'affection li havemo. Non ne e ingrato li abbia prestado dicti favori nostri. Vui veramente Ambassador, perche per aver satisfacti i nostri commandamenti, ne ave piu volte facto dimandar licentia, semo contenti debia repatriar, ben informado de tutte nove e condition de quelle parte. A vui veramente Conte dechiarimo, che per cason de la confederation avemo cum el Serenissimo Re de Hungaria, non e de nostra mente, che in le cosse, che la Bannessa faza alcuna cossa senza expresso nostro commandamento. Ben ve porta, tamen humanamente cum lei.

De parte	— —	141.
De non	— —	7.
Non sinceri	— -	11.

(Velenczei államkönyv 202. l.)

158.

1463. A velenczei államtanács válaszol Aymo János magyarországi követének a török elleni hadkészületek tárgyában.

MCCCCLXIII. die XXVIII. Novembris.

Ser Joanni Aimo militi, Oratori nostro ad Serenissimum Regem Hungarie.

Sapientes Consilij
» t. f. et
» Ordinum

Delate sunt nobis littere vestre die XV. Novembris presentis, quibus inter cetera gratissime intelleximus adventum vestrum ad partes Sclavonie, proximas regno Bossine, et Regie Majestati Hungarie apud Jaizam existenti; nam ferebatur, quod ob invalitudinem persone vestre remanseratis in loco Quinque-Ecclesiarum, quod profecto nobis molestum erat, tum respectu persone vestre, tum quia per distantiam vestram a Rege non videbamus juxta desiderium nostrum exequi per vos posse nostra mandata; operam quoque vestram et diligentiam per vos adhibitam, ut idem Serenissimus Rex transiret Savam, et ad impresiam illam Bossine se conferret, laudamus plurimum et merito commendamus; quoniam, ut non dubitamus, pro vestra prudentia vos optime intelligere, quanto magis procedetur ex omni parte ad inferrendum bellum contra perfidum hostem Turcum, tanto melius, tantoque utilius erit, ut a diversis partibus propulsatus, et in Amorea et alibi res gerende, feliciores successus reportare possint, circa quam rem contenti sumus et volumus, quod apud Serenitatem Suam agatis, quicquid a vobis fieri possit. Advisantes vos, quod omni nostro studio apud Rom. Pontificem accuratissimam operam adhibemus, ut Sua Sanctitas tam per missionem unius Reverendissimi Legati ad prefatum Serenissimum Regem, quam per provisionem pecuniarum, omnes favores possibiles impendat Majestati Sue, et per ea, que habemus, tenemus, ita cum effectu sequi debere, per modum, quod Serenitas Sua tempore novo, validis viribus et cum potenti exercitu, auxiliante Deo, ad exterminandum hostem magnanime procedere poterit, quemadmodum etiam

Pontifex Maximus ac Illustrissimus Dominus Dux Burgundie et nos personaliter, et cunctis viribus tam mari, quam terra, Duce deo, facturi sumus, sicut per alias seriosius vobis scripsimus. Confidimus namque in superna clementia, quod hostis iste undique propulsabitur cum eterna gloria Serenitatis Sue, et aliorum Principum christianorum, qui ad hanc sanctam expeditionem profecturi sunt. Nos quoque non cessamus continue conducere et expedire gentes equestres et pedestres et similiter galeas, quas mittimus contra hostem; scimus etiam S. Pontificem reliquas curas omnes deposuisse, et similiter prefatum Ducem Burgundie, et ad nihil aliud attendere, quam ad hanc sanctam expeditionem.

Placuit preterea nobis plurimum intelligere, quod fueritis et sitis vigilans et intentus propter ea, que Regie Majestati potuerint, seu possent referri, quod pretendere voluerimus ad res Bossine, et quod justificaveritis et justificaturus sitis cum propria veritate causam nostram, sicut superioribus nostris literis vobis scripsimus. Et hoc idem dicimus de Bannatu Croatie. Demumque volumus, quod de successibus rerum illarum curiosius sitis litteris vestris nos certiores efficere.

+ 137 — 0 — 0.

(Velenczei államkönyv 208. l.)

159.

1463. A velenczei államtanács válasza Aymo János magyarországi követéhez, mentegetve magát a szent-seböki fejedelem fiával Lászlóval űzött czimborasága és a megtagadott kölcsön tárgyában.

MCCCCLXIII. die XXXI. Decembris.

Ser Joanni Aimo militi, Oratori nostro ad Serenissimum Regem Hungarie.

2. Sapientes Consilij
1. » t. f.
Sapientes Ordinum

Reddite sunt nobis littere vestre diei ultimi Novembris decursi, que nobis displicentiam non modicam at-

tulerunt, intellectis his, que scribitis, de murmurationibus factis de nobis in exercitu Regie Majestatis Hungarie. Post reditum R. D. Episcopi Modrusiensis, Oratoris sui tam pro rebus Bossine, quam exquo non dederimus favores ullos pecuniarum eidem Serenissimo Regi. Intelleximus quoque, quid retulerint vobis circa res istas R. Domini Episcopi Colociensis et Varadiensis, et respondentes vobis cum nostro Consilio Rogatorum, dicimus, quod pro quanto pertinet ad negotia Bossine, superioribus nostris litteris satis intelligere potuistis, si de rebus illis impedire nos volumus, nec ne; sed de hoc etiam experientia, que rerum magistra est, omnes amodo certissimos reddere potest, de sinceritate animi nostri penitus alieni a rebus illis. Comiti vero Vladislao filio Ill. Ducis Stephani hic instantissime requirenti dati fuerunt per nostros aliqui modici, et ut ita dixerimus, minimi favores, ut quedam loca patrimonii sui occupata per Turcos recuperare posset. Et licet certi sumus, quod ante has justificaveritis, ubi et sicut opus fuerit, cum propria veritate rem istam: rursum tamen id vobis significare studuimus pro satisfactione mentis nostre, atque si istud forsitan non esset sufficienter actum, id facere curetis, quandoquidem omnis glorie et amplitudinis Regie Majestatis Hungarie profecto non simus minus cupidi, quam proprij honoris et commodi nostri.

Circa partem auxilij pecuniarum, que dicuntur noluisse dari per nos contra promissiones nostras et ect. Dicimus: quod de his verbis satis mirati sumus, quomodo quecunque promisimus: observare semper omni studio consvevimus, Oratoribus autem istius Serenissimi Regis, qui ante Dominum Episcopum Modrusiensem ad nos venerunt, dum requisivissent favores nostros, fatemur dixisse, quod eramus contenti dare Regie Majestati Sue Ducatos IIII millia in mense per menses sex; sed ipsi huic oblationi non acquieverunt, asseverantes Regem ipsum non istis pecunijs, sed uno Capitaneo et gentibus armigeris terrestribus et vexillis nostris opus habere, que gentes actualiter bellum inferrent communi hosti. Quomodo classis nostra maritima nihil aut parum Turco nocere poterat: successit ex hoc, qnod visis magnis successibus istius perfidissimi hostis, cupidique in cunctis possibilibus satisfa

cere Serenissimo Regi juxta requisitionem Oratorum suorum, devenimus ad apertum bellum cum hoste ipso, misimusque in Amoream de gentibus nostris Italicis equestribus et pedestribus in bono numero cum vexillis nostris ad inferrendum bellum hosti, auximus quoque vires maritimas contra eum, quas quidem vires continue tam mari, quam terra augere non cessavimus, nec cessamus, ut nihil pretermittamus in oppressionem hostis, existimantes ac tenentes in hoc plurimum satisfacere Regie Majestati, istosque esse majores favores, qui sue Serenitati a nobis exhiberi possint; sicuti etiam seriose diximus R. Domino Episcopo Modrusiensi ultimo Oratori Majestatis sue ad nos misso, qui visus est acquiescere verbis nostris. Sed his non contenti, omni studio nostro curavimus, et curamus apud Romanum Pontificem, maximeque post initum fedus inter Beatitudinem Suam, Ill. Dominum Ducem Burgundie et nos, ut omnino exhibeantur favores pecuniarum Regie Majestati, cum quibus et alijs viribus suis potenter contra communem hostem procedere possit; testamurque Deum, quod in hoc presertim curas et studia nostra convertimus, speramusque et pro certo tenemus talem operam adhibituros, quod cum effectu fiet, quantum prediximus, ita, quod Summus Pontifex, Dux Burgundie et nos personaliter juxta conventa, per viam maris totis conatibus tam terrestribus, quam maritimis Duce Deo, tempore novo proficiscemur adversus immanissimum hostem; per viam vero terrestrem Sua Serenitas cum favoribus antedictis, favente Deo, magnanime procedet ad exterminium hujus hostis. Misimus Oratores nostros solum ob id ad Serenissimum Regem Franchorum et ad prefatum Ducem Burgundie, damusque omnimodam operam, quod tam per medium Oratorum mittendorum in Germaniam, quam aliter exhibeantur favores Majestati Hungarie, studemus quoque augere vires nostras gentium et peditum italicorum in partibus Albanie et fortificare Dominum Scanderbegum, ut ex illa parte hostem offendere possit, que omnia fieri non possint absque gravissimis et incredibilibus nostris expensis, obtulimusque Scanderbego, ut libentius procedat, quod quicquid acquiretur in illis partibus, suum sit. De his vero, que deliberabuntur, in auxilium ipsius Serenis-

simi Regis, reddemus eum continue informatum. Hec omnia volumus, ut quamprimum diligentem operam detis significare et amplissimis verbis declarare Serenissimo Regi, sicut ad propositum rerum benegerendarum et ad justificationem nostram et ad ostendendam benivolentiam nostram eius Serenitatem magis noveritis expedire, quomodo, ut diximus profecto neminem nobis preferri volumus, qui magis, quam nos cupiat omnem splendorem et gloriam Celsitudinis Sue. Et demum volumus, quod pro conclussione dicatis, quod ut Majestas Sua per omnes veros effectus intelligat, quantum cupidi simus sibi satisfacere posse, contenti sumus, et promittimus ei dare, stante ejus Serenitate cum exercitu suo in castris, ad damna comunis hostis ducatos VI millia in mense per menses sex, ultra quem favorem, ut diximus, tenemus etiam Rom. Pontificem provisurum esse de alijs auxilijs Majestati Sue, cum quibus et alijs viribus suis non dubitamus Eam cum potenti manu hostem cum eterna ejus laude propulsaturam esse. De parte 36.

3 Sapientes Consilij | Volunt partem per totum cum hoc, quod ubi dicitur de ducatis VI millia, dicatur de ducatis IIII millia in mense per menses sex, procedente Serenitas Sua cum exercitu suo contra hostem.

2 Consiliarij
2 Sapientes t. f. | Volunt, quod differatur in materia suprascripta, donec expedita fuerint, que scribenda sunt Oratoribus missis ad Regem Francorum et ad Ducem Burgundie, a quibus rebus dependet materia ista Hungarie et ect.

+ 96 — 1 — 0.

(Velenczei államkönyv 218. l.)

160.

1463. A velenczei államtanács elöbbi magatartását mentegetve, négy ezer aranyat határoz Mátyás királynak küldeni.

MCCCCLXIII. die II. Januarij.

Sapientes Consilij, excepto Ser Jacobo Lauredano Sapientes t. f. » Ordinum	Non expedit aliter declarare, quantum facit pro statu nostro, proque optato exitu sumpte impresie contra Turcum, conservare

nobis amicum et propicium Serenissimum Regem Hungarie, quomodo omnium intelligentium firma sententia est, absque Rege ipso cum potenti exercitu terrestri Turcum exterminari non posse. Venit Majestas Sua in Bossinam subactam per Turcos, ut regnum illud recuperare possit, quod proculdubio est scutum status et locorum nostrorum Dalmatie et sicut habebitur in magnis necessitatibus constitutus, favores nostros pecuniarum, gentium et pulveris ac bombarde sepius requisivit, asseveratque per nos alias Oratoribus suis fuisse promissos ducatos XVIII m. de quibus adhuc IIII m. habere restat, quomodo dum eos misissemus Jadram deferendos Serenitati Sue, jussimus eos, ut notum est, reportari ad nos, quos convertimus in alijs nostris expensis. Promissi etiam fuerunt anno isto Oratoribus suis ducati XVIII m., quamquam postea ex bello per nos sumpto, cum Turco retraxerimus nos ab hoc, quo magis honestius potuimus; et magnifacienda sit amicitia et benivolentia dicti regis, ut eum promptum et bene dispositum habere possimus; propterea vadit pars: quod mitti debeant de presenti Serenitati Sue floreni hungari IIII m. per viam Sibinici, vel Spaleti, seu per alium meliorem et celeriorem modum, qui videbitur Collegio, et Majestati Sue scribantur in hac forma.

Quando nobis innotuit Regiam Serenitatem Vestram cum exercitu suo regnum Bossine petijsse: magnum profecto gaudium et immensam letitiam cepimus, persvasimus namque nobis Majestatem Vestram pro consveta virtute et magnani-

mitate Sua nihil esse pretermissuram, ut regnum istud a sevissimis crucis hostibus occupatum redimeret, et Christi fideles a tantis calamitatibus liberaret. Et quidem vive affectionis nostre in Serenitatem Vestram, cujus splendorem et gloriam non minus, quam propriam cupimus: nihil est, quod hoc tempore gratius aut jucundius audire possemus, quam istius impresie optatissimum finem. Intelleximus Majestatem Vestram a Rectoribus nostris Sibenici et Spaleti requisivisse certas munitiones et gentes. Dolemus plurimum, quod Serenitati Vestre non fuerit integre satisfactum, sed Rectores illi penuria rerum id evenisse scribunt. Misimus ad eos de pulvere a bombarda, jussimusque, ut de eo, et gentibus, quas habent, ac de alijs omnibus possibilibus Serenitati Vestre placere semper studeant, non enim ignari sumus, quod plerumque in exercitibus de hujusmodi opportunitatibus accidere solent, ceterum ad Majestatem Vestram in signum precipui amoris, et benivolentie nostre mittimus florenos IIII m sibi exhibendos.

Facte fuerint littere XII. Januarij.

+ 120 — 18 — 6.

(Velenczei államkönyv 220. l.)

161.

1463. A velenczei államtanács Aymo János magyarországi követét értesiti, hogy Mátyás király részére, ha a török ellen táborba szált, 60 ezer aranyat ajánl, egyuttal részletes tudósitásokat kér követétől.

MCCCCLXIII. die XXIII. Januarij.

Ser Joanni Aimo Militi, Oratori nostro apud Serenissimum Dominum Regem Hungarie.

Sapientes Consilij
» t. f.
» Ordinum

Inter complures litteras vestras vidimus, quantum per illas diei XIII. Decembris ad nos scripsistis de numero et conditione gentium, quas ille Serenissimus Dominus

Rex in campo ponere potest, et de introitibus Regni illius et ect. Que gentes sunt, ut scribitis, equi XII m. Prelatorum et Baronum, obligati servire Majestati predicte menses tres, ultra quod tempus opportet, quod Majestas ipsa eis solvat, si eos diutius extra tenere vult. Item equi circa duo millia curie ejusdem Majestatis et pedites circa 5000, que omnes gentes ascendunt ad summam personarum XIV m. vel circa. Scribitis insuper Majestatem predictam cum exercitu suprascripto exire posse in castra ad medietatem mensis Maij, vel circa, multaque alia dicitis in litteris suprascriptis distincta et particularia. De alijs gentibus, que stipendio ex Boemia et Pollonia conduci possent et ect., que libentissime intelleximus, et diligentiam Vestram commendamus. Verum, quomodo desideramus, ut idem Serenissimus Dominus Rex impresiam, quam contra Turcum magnanime aggressus est, viriliter et constanter manutenere possit, tum pro regni ipsius commodo et gloria, tum pro utilitate et favore universe rei christiane contra communem inimicum, attento maxime, quantum pluries nobis scripsistis, de requisitionibus Sue Regie Celsitudinis et de indigentijs suis, statuimus non obstantibus gravissimis et multiplicibus impensis classis et aliarum copiarum nostrarum, Majestati predicte pro virili parte subsidium prestare. Propterea cum nostro Consilio Rogatorum, vobis committimus, ut cum Majestate predicta esse debeatis cum verbis idoneis et opportunis, declarata optimamente et intentione nostra erga eam, et res christianorum eidem Majestati declarate, quod casu, quo Majestas ipsa exire promittat et cum effectu exeat in campum ad terminum supradictum, sive per totum mensis Maij cum potenti exercitu contra Turcum, nos contenti sumus Majestati Sue dare ducatos LX m. hoc modo, videlicet XX m. prius, quam in campum exeat, ut se melius in ordine ponere possit. Et postea ducatos VIII m. omni mense incipiendo de mense Julij per totum mensem Novembris. Circa quam rem Vos cum diligentia mentem et intentionem Majestatis predicte intelligere procurate. Et contentante, promittenteque Majestate ipsa exire, ut supra: curate etiam intelligere locum et modum, quo et per quem pecunie ipse ad eam mittende essent, quomodo nos operam dabimus, ut per totum mensem Aprilis

primi ducati XX m. sint Jadre, vel ubi Majestas sua maluerit et sic de mense in mensem incipiendo de mense Julij predicti ducati VIII m. presto sint Jadre, veluti cum eadem Majestate conveneritis, et non deerunt in aliquo promissiones nostre.

Volumus etiam, ut inter loquendum Majestati predicte declarate nos continue operari et apud Summum Pontificem et alios Principes christianos pro subsidio Majestati Sue prestando, neque nos defuturos esse, ut quid per nos fieri potest, omnis possibilis favor ultra predictam summam, quam nos soli offerimus, eidem prestetur, ut cum majori numero gentium validius et robustius exire et se manutenere possit.

Demum, quomodo res hec nobis maxime cordi est, ut quamquam singulariter existimamus ob ejus pondus et importantiam ad universas res christianorum, et sicut prompti sumus ad tantam impresiam subeundam: ita vehementer desideramus, ut fructus ex ea conveniens consequi possit. Vobis efficaciter committimus, ut omni adhibito studio, cura et diligentia, intelligere procuretis verum numerum gentium, quem Majestas ipsa coadunatis viribus suis, et superaddito hoc numero adminiculo simul ponere et in castra educere posset, et ad quod tempus, quantumque illas tenere extra posset. Et si creditis, quod cum his denarijs, quos offerimus, ultra numerum stipendiariorum regni sui XIX m. vel circa, Majestas Sua alios stipendiarios peregrinos conducet et ad quem numerum; item introitus omnes Majestatis predicte exacte intelligere procurate, et modos et vias, quibus Turcus vehementius premi et offendi posset, et breviter omnia, que ad hanc materiam quoquomodo pertinere posse intellexeritis, minute et distincte disquirite, conferendo cum illis ex Reverendis Dominis Episcopis, et alijs, qui vobis visi fuerint, ut cum veritate, quecunque scire possitis, et nobis quanto festinantius potestis, respondete, dateque de omnibus ita distinctam, particularem et exactam informationem, ut nihil restet, quid circa materiam antedictam amplius intelligere desideremus, sed omnibus nobis propositis et declaratis solide, certeque consulere et providere valeamus.

Et per duos velocissimos Nuntios subito respondete, ut si forte alter male capitaret, non desit, ut per alterum saltim responsionem ipsam vestram habeamus.

+ 96 — 14 — 3.

(Velenczei állam ltár 223. l.)

162.

1463. A velenczei államtanács Mátyás királynak üdvözlő örömét fejezvén ki a bosznyákországi diadal, és a leendő megkoronozás felett, erre külön követett küld.

MCCCCLXIII. die XVIII. Februarij.

Serenissimo Regi Hungarie.

Sapientes Consilij et » t. f.

Magnas gratias Serenissime Princeps! habere nos profitemur Regie Majestati Vestre, quod litteris suis diei XVIII. et XXVI. Januarij nuper decursi omni affectione plenis nobiscum comunicaverit felices ejus successus in Bossina, institutumque diem sacre et meritissime Coronationis Vestre et reliqua omnia, que cum jure benivolentie, tum foederis, quo invicem devincti sumus Serenitati Vestre, nuntiare libuit. Nos quidem ea animi dispositione et integerrima affectione dudum Celsitudinem Vestram prosequimur, perque continua tempora prosecuturi sumus, ut omnem ejus sublimationem et decus gratissimum semper, non secus, quam proprium, habituri simus; et econtra, si disturbia ulla contingant Majestati Vestre, ea profecto molesta admodum nobis sint, cupidi namque sumus mirum in modum, ut sicut Serenitatem Vestram magno fidei ardore dispositam esse videmus, ad comprimendam perfidiam Turci infestissimi hostis, ita sublatis alijs impedimentis, huic sancto et necessario ejus proposito, desideratum exitum dare possit; tantam enim magnifacimus virtutem, sapientiam et magnanimitatem Regie Majestatis Vestre, ut non dubitemus, que ab ea feliciter hactenus gesta sunt, in honorem Dei, eternamque memoriam Vestram gloriose perfici posse. Qualis his in rebus

animus noster sit, quo tendant cogitatus nostri, quid facere statuerimus: ab Oratore nostro Serenitatem Vestram intellexisse non dubitamus, qui pro quanto vires patiantur nostre, nulla ex parte defuturi sumus, ut honori Summi Creatoris nostri et christiane saluti consulatur. Ceterum, ut officio nostro satisfacere possimus, deligere statuimus Oratorem nostrum, quem expedituri sumus quamprimam, ut ad conspectum Celsitudinis Vestre se conferat, nostroque nomine simul cum alio Oratore nostro, felici Coronationi Vestre intersit, congratulenturque ipsi nostris verbis Majestati Vestre, in cujus splendorem et comoda toto mentis affectu promptos nos semper esse pollicemur.

Verum ex nunc captum sit, quod eligatur de presenti per scruptinium in isto Consilio unus noster honorabilis Orator ad prefatum Serenissimum Regem et ect. Et captum sit, quod postquam facta fuerit coronatio prefati Serenissimi Regis, repatriare debeat.

\+ 145 — 4 — 1.

Die XXIII. Februarij 1463.

Consiliarij | Quod loco Viri Nobilis Joannis Superantii, qui ex necessarijs causis et respectibus nobis declaratis renuntiavit, nec ire potest, Orator ad Serenissimum Regem Hungarie eligatur de presenti per scruptinium in isto Consilio unus noster honorabilis Orator ad ipsum regem et ect.

\+ 112 — 29 — 1.

(Giustiniaî Ferencz választatott meg.)

(Velenczei államkönyv 230. l.)

163.

1464. A velenczei köztársaság Mátyás király koronazására külön követet küld ajándékkal.

MCCCCLXIIII. die secundo Marcij.

Quod fiat Commissio Viro, Nobili Francisco Justiniano, ituro Oratori nostro ad Serenissimum Regem Hungarie in forma hac:

Sapientes Consilij
» t. f.
» Ordinum

Nos Christophorus Mauro, Dei gratia Dux Venetiarum et etc. Committimus tibi Nobili Viro Francisco Justiniano, dilecto civi nostro, quod vadas honorabilis Orator noster ad Serenissimum Regem Hungarie, accelerando iter tuum, quanto studio et diligentia poteris, nam ut nosti, mittimus te principaliter, ut intersis coronationi Regie Majestatis Sue, que in Domenica proxima palmarum fieri decreta est, ideoque ut plane intelligis, ob temporis angustiam magnopere necessarium est, quod in solicitando viam tuam nullum tempus ammittas.

Quando applicueris Budam, seu ad locum, ubi se reperiet idem Serenissimus Rex, est nostre intentionis, et volumus, quod cum verisimiliter istic etiam futurus sit Vir Nobilis Joannes Aymo, miles, Orator noster apud Serenitatem Suam, secum te reperire debeas, et sicut decens est, comunicare secum hanc instructionem tuam, ut nocte procedere possitis, ad exequendum hec nostra mandata.

Deinde volumus, quod simul detis operam adeundi presentiam Serenissimi Regis, et sub litteris nostris credentialibus, quas tibi fecimus exhiberi, factis per te nomine nostro, omnibus illis decentibus salutationibus, et amplissimis oblationibus, quas noveris opus esse ad patefaciendum sibi amorem, et animi nostri sinceritatem expones, quod firmavimus diu id institutum in nobis, ea affectione et integerrima benivolentia per continua tempora Regiam Serenitatem Suam prosequi, ut profecto omnem ejus sublimationem et gloriam, jucundissimam semper, non secus, quam propriam habituri

simus; et quando jam pridem tum litteris Oratoris nostri, tum fama publica intelleximus prosperos ejus successus in Bossina: summum quippe gaudium et immensam leticiam sumpsimus, tum pro honore Dei, cujus causa agitur inprimis, tum quia omnis splendoris et amplitudinis Celsitudinis Sue, pro magnitudine amoris nostri, magna ex parte vere participes reputari possumus, congratulamur itaque, quantum possumus Majestati Sue, pro hujusmodi felicibus ejus successibus, congratulamur quoque quammaxime, quod optatum tempus advenerit, quo meritissimam ejus coronam Sua Serenitas susceptura sit, pro quo quidem gaudio nostro apertius declarando, apud alium Oratorem nostrum, mittere te statuimus ad ejus presentiam, ut felici coronationi sue intersis, utque nomine nostro ea omnia agas, que decus Majestati Sue conspicere possint; et cum his et alijs benevolis, affectuosis et accommodatis verbis, que tue prudentie videbuntur, exequi quam diligenter curabis hanc nostram intentionem.

Quemadmodum nosti, scripsimus anteactis diebus, ad prefatum Joannem Oratorem nostrum per duplicatas litteras nostras, quod offerre deberet Serenissimo Regi florenos LX millia nomine nostro, eunte Majestate Sua cum exercitu suo extra regnum suum contra perfidos Turcos, per illos terminos, et sicut in litteris ipsis nostris cavetur, quarum exemplum ad informationem tibi dari fecimus. Reddimur autem certi, quod Orator ipse noster litteras nostras acceperit et mandata nostra omni studio adimplere curaverit; sed nihilominus quia summum in modum cupimus, quod Rex ipse quanto celerius, quantoque potentius possibile sibi sit, contra Turcum comunem hostem se paret, exeatque in castra tali tempore, quod hostes prevenire possit, sicut, ad consequendam victoriam magnopere necessarium esse tenemus, hanc commissionem ostendes prefato Oratori nostro, sumusque contenti et volumus, quod captato tempore esse debeat cum Serenitate Sua, ubi etiam nocte secum eris, quodque declarata per eum optima et sincerissima dispositione nostra in Serenitatem Suam, commemorataque, sicut opus erit, oblatione nostra, studeat cum verbis et rationibus sepenumero sibi scriptis, et cum de alijs, que expedire videbuntur, exhortari et inducere Majestatem

Suam ad effectum predictum, et ad solicitandum apparatus suos, ut celeriter esse possit in castra, ad propulsandam rabiem immanissimi hostis, cum eterna laude et immortali gloria sua, certificando Serenitatem Suam, quod quanto possumus studio, curavimus et curamus tam apud Summum Pontificem, quam apud alios principes christianos, ut et ipsi etiam favores suos prestent Majestati Sue, ut potentius et melius procedere possit, speramusque et confidimus operam hanc nostram bonum fructum parituram esse. Romanus quoque Pontifex res omnes suas disponit, ut ad sanctam hanc expeditionem proficiscatur. Id ipsum Ill. D. Dux Burgundie facere studeat; nos quoque ultra vires terrestres, quas jam in partibus Amoree, quam Albanie quotidie incessanter augere studemus, disponimus cum persona propria, auctis viribus tam nostris maritimis, quam terrestribus, ad hanc sanctam expeditionem, auxiliante Deo proficisci, et comites esse Pontifici Maximo, et prefato Ill. Domino Duci.

Habemus quoque apud Serenissimum Regem Franchorum unum Oratorem nostrum, qui litteris suis dierum XXVIII. et XXIX. Januarij decursi significavit nobis optimam mentem et dispositionem Majestatis Sue, que optulerat X mille bellatores armatos et bonarum gentium ad hanc sanctam expeditionem; sed necesse fore commemorabat, quod vel concordia, vel treugue sequerentur inter Serenitatem Suam et Regem Anglie, que existimabantur locum habiturum esse, maximeque interveniente mandato Summi Pontificis, inhibente Regibus illis bellum sub censuris respectu fidei et ect; quam inhibitionem Papam jam fecisse tenemus, sequentibusque seu treuguis antedictis, Rex Anglie proculdubio mittere contentus esset saltem V mille bellatores, sub ductu Ill. Ducis Burgundie. Remanserat insuper bene contentus Rex Franchorum, quod exigerentur decime in regno suo, indulgentie, et bulle Summi Pontificis publicarentur, ex quibus haberetur magna summa pecuniarium. Cum itaque auctore Deo, omnia bene disponantur, virtuti et magnanimitati Regie Majestatis Hungarie summopere convenit, veluti catholico Principi, omni studio eniti, ut ex parte Sua in honorem Dei, eternamque memoriam suam, nihil de possibilibus pretermittat, ut hostis iste

ubique exterminari possit. Procurate itaque prudenter exequi hanc nostram intentionem.

Jussimus consignari tibi duos pannos deauratos, deferendos tecum, quos volumus dono presentari Serenissimo Regi, quando et sicut, et cum illis bonis et utilibus verbis, que vobis Oratoribus videbuntur.

Quemadmodum nosti, res nostre in partibus Amoree nonnisi bene succedunt, sicuti etiam scripsimus pridem Oratori nostro, qui impresentiarum est apud prefatum Regem, verum quid demum acceperimus per litteras regni nostri Corphoy diei XIII. Februarij prope decursi, de conflictu dato Flambulario Amoree, videbis per copiam litterarum, quas tibi fecimus exhiberi, quod novum ubi et sicut opus erit, comunicare poteris. Et quoniam relatum est, Serenissimam Reginam ejus consortem defunctam esse, si forte id secutum esset, volumus, quod de casu suo condoleatis cum Rege nomine nostro, sicut noveritis expedire.

Postquam prefatus Serenissimus Rex coronatus fuerit, sumus bene contenti et volumus, quod decursis sex, vel octo diebus, sumpta bona et grata licentia ab Majestate Sua, studeas redire in patriam, de mente et intentione Regis de novis et alijs omnibus occurrentibus amplissime instructus; volumus namque apud Majestatem Suam remanere prefatum Joannem Aymo, Oratorem nostrum, ut solicitare et exequi possit nostra mandata.

Si forte aliquo casu non esset, nec ita cito esse posset, apud Serenissimum Regem prefatus Orator noster: eo casu volumus, quod tu solus exequaris hec nostra mandata.

Fecimus tibi consignari nonnullas litteras credentiales in tui personam ad illos Dominos, qui erunt penes Regiam Majestatem, ut eos visitare possis sub litteris ipsis nostris, cum illis pertinentibus et affectuosis verbis, que tue prudentie videbuntur.

+ 149 — 1 — 4.

Velenczei államkönyv 1. l.)

164.

1464. A velenczei köztársaság magyarországi követeit a magyar királynak a török elleni hadra igért öszvegekről és egyebekről értesiti.

MCCCCLXIIII. die XII. Marcij.

Ser Joanni Aymo, militi et Ser Francisco Justiniano Oratoribus nostris ad Serenissimum Regem Hungarie.

Sapientes Consilij » t. f. et » Ordinum	Delate sunt nobis litere vestre Joannis dierum XVIII. et XXI. Februarij nuper decursi, ex quibus significastis

nobis, quid tuncusque scribendum vobis occurrit, inter cetera vero per literas XXI. intelleximus accepisse vos literas nostras, quibus jussimus vobis cum deliberatione nostri Consilij Rogatorum, quod essetis cum Regia Majestate Hungarie, sibique offerre deberetis LX mille ducatos, ut melius et potentius posset procedere contra Turcos, per illos modos, et sicut in ipsis nostris literis seriosius cavetur; id ipsum alijs nostris rescripsimus vobis, et etiam per instructionem datam vobis Francisco plane potueritis intelligere. Et quamquam per dictas litteras diei XXI. videamus vos Joannem, super re ista fuisse cum Serenissimo Rege pro exequendis mandatis nostris, non tamen pro quanto scribitis, sufficienter intelligere possumus, quod Majestati Sue specifice et clare feceritis oblationem ipsorum LX mille ducatorum, sicut fuit et est nostra intentio, quomodo inter cetera in eisdem literis agitis mentionem; quod si de alijs potentatibus christianis contribuent Regi favores suos, confiditis avantagiare nos, de summa pecuniarum, quam jussimus per vos offeri; et quomodo conditiones rerum et temporum occurrentium instant, solicitantque, ut cum omni celeritate et studio agantur, quecunque agenda sunt; nam Turcus in expediendis et exequendis rebus suis lentus aut tardus esse non solet, scribendas has nostras duximus, mandantes vobis, quod si forte non fecissetis oblationem prefatorum LX mille ducatorum, specifice et integre, sicut ad vos scripsimus, eam facere debeatis, per terminos et sicut habetis in mandatis a

nobis; quoniam, ut optime intelligere debetis, quanto oblatio nostra liberior erit, tanto Regia Majestas promptior et expeditior esse poterit ad accelerandum exercitum, et validiores conatus suos contra hostem. Res bene feliciterque gerende, ut scire potestis, potissimum in celeritate consistere solent; curate itaque quam diligenter exequi mandata nostra.

Si Serenissimus Rex mittet Oratorem suum ad has partes, quemadmodum eam facturam esse scribitis, videbimus eum leto animo et libenter.

Preterea, quia scribitis Majestatem Suam dixisse vobis de necessitate pulveris a bombarda, de quo Rectores illi nostri libenter et gratis dabunt nuntijs, qui nomine Sue Serenitatis istuc ad eos se conferent, et ita contenti sumus et volumus, quod Majestati Sue dicatis, advisantes vos, quod jussimus Rectoribus ipsis nostris, quod usque ad barilia CL libere dari faciant nuntijs Majestatis Sue.

Dici fecistis nobis vos Johannes, quod habetis opus duobus bonis equis pro persona vestra, nos vero, ut satisfaciamus vobis, contenti sumus, quod emi faciatis in illis partibus duos bonos equos, ut eos in opportunitatibus vestris habere posistis.

Notum vobis facimus III. D. Ducem Mediolani optulisse libero et prompto animo mittere ad hanc sanctam expeditionem unum ex filijs suis legitimis, ac Dominum Tristanum filium suum naturalem cum equitibus II millibus et peditibus mille gentium Italicarum bene in puncto, quas mittere optulit per viam Albanie contra Turcum, de qua re volumus, quod etiam noticiam detis Serenissimo Regi.

Accepimus instrumentum Lige celebrate inter Regiam Majestatem et nos, quam solemniter et perjucundo animo publicari faciemus die Domenica palmarum, sicut vos Joannes ad nos scripsistis.

+ 159 — 1 — 2.

(Velenczei Államkönyv 2. l.)

165.

1464. A velenczei köztársaság a császártól érkezett pápai követet a keresztes seregnek Magyarországon leendő átvonulása kieszközlésére ösztönzi.

MCCCCLXIIII. die quinto Aprilis.

Sapientes Consilij et » t. f.

Quod Reverendo Domino Episcopo Torcellano, qui rediens ab Imperatoria Majestate Legatus Sanc. Pontificis Dominio nostro retulit ea, que huic Consilio per Serenissimum D. Ducem relata sunt, respondeatur:

Et primo, R. Paternitati sue gratijs actis convenientibus pro sincera ejus dispositione et affectione erga Dominium nostrum et pro his, que in rebus occursis ad honorem et comodum nostrum pertinentibus prudenter et affectuose operatus est, cum illis bonis et accommodatis verbis, que Collegio visa fuerint; ad partem rerum Tergestinarum dicatur, quod plurimum laudamus prudentissimam responsionem factam per suam R. Paternitatem ad res supradictas pro justificatione dominij nostri. Et quomodo ad Imperatoriam Majestatem et ad alios etiam Reges et Principes missuri prope diem sumus Oratorem nostrum, aliud pro presenti dicere in hac materia non est necesse.

Ad partem crucesignatorum, dicatur, quod sicut R. Paternitas sua, que prudentissima est, optime intelliget, est via hec longa dispendiosa, et multis ac magnis difficultatis implicita, ob quas impossibile nobis videtur gentes illas per hanc viam se conducere et transire posse. Mittimus preterea de presenti, et missuri etiam sumus, et ad partes Amoree et ad partes Albanie magnum stipendiariorum numerum, pro quibus impedita sunt, et occupata quecunque navigia nostra; sed attenta importantia regni Hungarie, facilitatique et comoditate opprimendi per illam viam, et per alias etiam terrestres et vicinas comunem inimicum, videretur nobis utilissimum fore, ut Sua R. Paternitas scriberet ad illas partes, et memoratis difficultatibus predictis scriberet, et induceret illos ad

capiendam viam Hungarie. Et quomodo allegatum est, hujusmodi crucesignatos alias ab Hungaris male tractatos fuisse, dicimus, quod habemus de presenti Oratorem nostrum apud Serenissimum Regem Hungarie, per cujus medium et interpositionem procurabuntur et non est dubium, quod optinebuntur omnia eorum comoda, cessabuntque omnia inconvenientia alias occursa. Et sic ex nunc eidem Oratori nostro nos libenti animo scripturos et commissuros spondemus.

+ 145 — 8 — 3.

(Velenczei államkönyv 9. l.)

166.

1464. A velenczei köztársaság a burgundi fejedelmet Magyarországnak a török elleni segélyére buzditja.

MCCCCLXIIII. die quinto Aprilis.

Ser Marco Donato Doctori, Oratori nostro ad Ill. D. Ducem Burgundie.

Sapientes Consilij et
» t. f.

... Preterea cum salus et victoria rerum christianorum valde consistat in potenti exercitu mittendo per viam Hungarie contra hostem, commemoramus vobis, ob paupertatem et depopulationem regni Hungarie esse magnopere necessarium, ut Regi Hungarie de pecunijs succurratur, quibus mediantibus potenter in hostem procedere possit; nosque licet gravissimis impensis simus impliciti, optulimus tamen Serenitati Sue pro anno isto ducatos LX millium; sed modice sunt, nec sufficiunt iste pecunie ad parandum exercitum idoneum per illam viam, quamobrem contenti sumus, casu, quo prefatus Ill. D. Dux — sicut prediximus — personaliter non veniret, quod si ita vobis videbitur, et per illos decentiores et modestiores modos, quos noveritis expedire: detis honestam operam, quod Excellentia ipsius Domini Ducis porrigat illos favores suos pecuniarios prefato Regi, qui sue Celsitudini videbuntur.

+ 163 — 1 — 0.

(Velenczei államkönyv 10. l.)

167.

1464. A velenczei köztársaság Aymo János magyarországi követét a magyar király részére megajánlott pénzösszeg és lőpor iránt tudósitja.

MCCCCLXIIII. die XIII. Aprilis.

Ser Joanni Aymo militi, Oratori nostro ad Serenissimum D. Regem Hungarie.

Sapientes Consilij et
» t. f.

Binas literas vestras ac vestri nobilis Francisci Justiniano militis, juncte nobis scriptas, accepimus datas XXIX. et XXXI. Martij prope decursi, quibus significastis nobis coronationem Regie Majestatis Hungarie, et reliqua omnia gesta per vos in executionem mandatorum nostrorum, pro quibus omnibus prudentiam et diligentiam vestram commendamus.

Intercetera autem intelleximus, quantum dicitis habuisse a Serenissimo Rege circa materiam pecuniarum, quas petit juxta obligationem factam per vos, secundum nostra mandata, et etiam circa majorem summam mittendam Segnam, pro hac prima vice, ex causis et respectibus in literis vestris contentis; et respondentes vobis cum nostro Consilio Rogatorum dicimus, quod sumus magnopere cupidi, quod Regia Majestas juxta ferventem dispositionem et optimum propositum, quod eam habere videmus procedendi magnar ime contra Turcum cum omni celeritate gentes et vires suas, expedire studeat, quantoque potentius et celerius istud fiet, tanto melius et utilius erit, ut in Dei nomine, cum eterna laude, et gloria Serenitatis Sue agere possit contra immanissimum hostem; nos autem juxta oblationem factam, dabimus operam mittendi quamprimum Segnam florenos hungaros XX m., ita, quod per totam presentem mensem pecunie ipse erunt Segne, cum ordine, quod consignentur nuntio, quem idem Serenissimus Rex cum literis et mandato mittet illuc ad recipiendum pecunias antedictas.

Preterea, quia Majestas Sua habere cupit a nobis milliaria XX pulveris a bombarda, cujus precium excomputari habeat in pecunijs, que sibi mittentur post has primas, dicimus,

quod quia desiderium nostrum est, in cunctis possibilibus Sue Serenitati satisfacere: sumus bene contenti complacere sibi de quantitate istius pulveris juxta requisitionem; ideoque advisate nos de loco, ad quem missuri sumus ipsum pulverem et quando, quomodo illum quamprimum mittere curabimus.

Si Serenissimus Rex non commemoret, seu commemorari faceret vobis quicquam de Oratoribus suis mittendis in Italiam, et ad Rom. Pontificem ex causa in literis vestris contenta, volumus, quod vos etiam nihil aliud de re ista dicere, aut promovere debeatis; sed si forte diceretur vobis quicquam: eo casu respondere poteritis, quod Serenitas Sua disponere potest, sicut sibi videtur.

+ 169 — 0 — 1.

(Velenczei államkönyv 11. l.)

168.

1464. A velenczei köztársaság pápai követét a török készülődéseiről és Magyarország ellentállási gyengeségéről értesiti.

MCCCCLXIIII. die primo Junij.

Ser Ludovico Fuscareno Doctori, Oratori nostro ad Sum. Pontificem.

Sapientes Consilij et » t. f. | ....Preterea reddite sunt nobis litere ab Oratore nostro, qui est apud Serenissimum Regem Hungarie diei XX. Maij nuper decursi, nuntiantes nobis, Regem ipsum per studium et assiduam instantiam ipsius Oratoris parare, et disponere se ad iter cum omnibus gentibus et viribus, quas poterit cumulare, ut faciat contra Turcum. Alijs etiam vijs facti sumus certiores Turcum apud Adrianopolim conari facere exercitum, quo magis potentem possit, quem jam aviare ceperat versus Sophiam cum multis munitionibus et alijs apparatibus. Et per ea, que habemus, tenemus, quod Bassa suus cum exercitu ipso contra Regem Hungarie profecturus sit. Hec omnia ex officio et debito nos-

tro B. Pontifici significabitis, ut Sua Sanctitas omnia intelliget, sicut nos, cui etiam subjungetis, quod sicut sepenumero diximus, omnium intelligentium firma sententia est, quod ad volendum exterminare perfidissimum hostem istum, via Hungarie principaliter ante omnes alias necessaria est; sed cognoscimus Regem Hungarie per se solum, nisique habeat modum parare potentiorem exercitum: non esse sufficientem ad opprimendam potentiam tanti hostis. Nam etiam cum favore pecuniarum, quas Majestati Sue contulimus, non sine maxima difficultate, propter incredibiles expensas, quas patimur, certum et indubitatum est, Serenitatem Suam, non posse, nec esse facturam, quantum necessario requirit rerum christianorum salus.

+ 129 — 5 — 5.

(Velenczei államkönyv 17. l.)

169.

1464. Collis Gellért milánói követ a velenczei köztársaságnál fejedelmét a magyar részekbeli török mozgalmakról tudósitja.

Illustrissime Princeps ac Excellentissime Domine etc. . . . . Per gente, che veneno de Ystria et da Zara he sta dicto, che uno Subasi del Turcho he intrato de novo in la Bosina con persone XL mille, et mena a focho et fiama omnino, che ce de quelle terre, che si li sono rebelate, et lo Re de Ungaria anchor non he uscito in campo, ne si spera debia uscire, fin che non sono tagliate lo messe.

La prefata Signoria ha in tuto persa la speranza, che la Santita de nostro Signore vada a la impresa in questo anno et la armata ordinata qua et per la Santita et per Cardinali va si lentamente, che porta pericolo non vada in fumo, he stato rasonato in lo Colegio de la prefata Signoria de armare doe nave grosse, non che pero anchor deliberato, de sequira

advisaro Vestra Excellentia, ala qual sempre me ricomando. Venezia die XVII. Junij 1464.

E. V. Ill. Ex. fidelissimus servus
Gerardus de Collis.

(Milánói állam ltár.)

170.

1464. A velenczei köztársaság Aymo János magyarországi követét a köztársaságnak a török ellen inditott hadmüveleteiről értesitvén, Mátyás királyt támadó fellépésre ösztönözteti.

MCCCCLXIIII. die XXI. Junij.

Ser Joanni Aymo, militi, Oratori nostro apud Serenissimum Dominum Regem Hungarie.

5 Sapientes Consilij
3 » t. f.

Ultime, quas a vobis habuimus, sunt diei quarti instantis ex Buda, per quas curam et diligentiam per vos adhibitam, et quam incessanter adhibetis, ut iste Serenissimus Rex in campum exeat, cognovimus. Intelleximus etiam, quas causas Majestas Sua pretendit et allegat pro honestanda et justificanda mora et dillatione sua, que judicio nostro retardare Majestatem predictam non debent; nam vir nobilis Franciscus Justiniano jam liber est, ut scribitis, et illum propediem hic futurum non dubitamus; expectare vero, quod S. Pontifex sit in mari, non est necessarium, neque ad propositum rerum benegerendarum. Quomodo quanto hostis undique citius premitur, tanto rebus comunibus Sue Majestatis et nostris commodius et utilius est. Et quomodo ex partibus Levantis literas habuimus a Capitaneo nostro generali maris, ut Majestati Sue noti sunt, exitus illarum rerum, exemplum literarum predictarum vobis mittimus presentibus introclusum, volentes, et vobis mandantes cum nostro Consilio Rogatorum, quod cum Majestate predicta subito receptis presentibus esse debeatis, cum qua nova predicta comunicetis et addatis nos propterea animum nequaquam amisisse, sed omni studio, cura, et diligentia nostra

armasse subito, et armare jugiter bonum numerum galearum et etiam navium pro mittendo subsidium Capitaneo nostro generali. In Amoream misisse, et de presenti mittere validum et bonum numerum copiarum tam equestrium quam pedestrium, munitionum et aliarum innumerabilium rerum ingentes facere et mittere apparatus, viresque viribus addere continue non desistimus, ut pro nostra virili hostem nonsolum reprimamus, sed etiam opprimamus. Et nulli dubium est, quod si Majestas ipsa de presenti in castris se reperiret, progredereturque in ditiones hostis, maximum fructum et gloriam parva difficultate et sine periculo Majestas ipsa consequeretur; cum omni studio, vigilantia et assiduitate svadere et inducere nitaminj, ut omni jam sublata dilationis causa, ceteris posthabitis curis exire festinantissime velit, et in illum locum hostem invadere, qui ad propositum rerum gerendarum magis conveniat. Nostis pro vestra prudentia, quantum importet, quantumque rerum conditiones exposcant, ut ille Serenissimus Rex faciat se sentire, ut hostis vires, consiliaque distrahantur; propterea ad consvetam diligentiam et studium vestrum omnem addatis cumulum, et nihil quid per vos quoquomodo dici, fieri et tentari possit, pretermittite pro optinenda hujusmodi intentione nostra. Et de die in diem nos de omnibus facite certiores.

Mittimus insuper vobis copias literarum et novorum habitorum ex Corphoo et ex Neopacto, ut omnia, que undecunque habemus, qualiacunque sint, intelligatis, et cum isto Serenissimo Domino Rege comunicetis.

+ 133 — 0 — 0.

(Velenczei államkönyv 20. l.)

171.

1464. A velenczei államtanács Mátyás királynak a pápához küldött követének pártfogását igéri.

MCCCCLXIIII. die XXV. Junij.

Sapientes Consilij et » t. f. | Quod Reverendo Patri Domino Episcopo Thenini, Oratori Serenissimi Regis Hungarie, qui nuper ad presentiam nostram venit, et presentavit nobis literas Regis ejusdem, et explicavit nobis profectionem suam ad Summ. Pontificem et numerum gentium equestrium et pedestrium, quas Sua Serenitas paravit pro exeundo in castra, declaravitque magnum numerum gentium, quas Turcus habet in Servia, Bulgaria et Macedonia, et magnos apparatus victualium et aliarum rerum, quos facit in partibus illis, ut et in Bossina et alibi christianos exterminare conetur; quibus malis ut obviari possit, majores vires necessarie sunt ipsi Regi, ut hosti potenter se opponere possit, sperareque de optata victoria, proficiscitur ob id Orator iste ad Summum Pontificem, ut Sanctitas Sua provideat et ect., sicut per Serenissimum Dominum Ducem huic Consilio relatum est. Respondeatur:

Quod intelleximus, quantum Sua R. Paternitas non minus prudenter quam eleganter nobis exposuit, agimusque gratias Regie Serenitati Hungarie pro his omnibus, que nobiscum comunicare fecit, asserens etiam pro sua humanitate nostrum consilium sequi velle. Cognoscimus id procedere ab consveta benevolentia, quam gerat nostro Dominio; et quidem pro ea singulari affectione, et intrinseca caritate, quam ad Serenitatem Suam habemus, vellemus semper, et cuperemus omnia succedere ad vota Majestatis Sue. Laudamus plurimum, quod ipse Orator ad presentiam Rom. Pontificis se conferat quo celerius esse possit, declaraturus, quantum in mandatis habet a Serenissimo Rege, quoque omnem operam dare studeat, ut Sum. Pontifex provideat, et pecuniarios favores prestet Regie Majestati, sicut et nos magnopere cupimus. Et ob id scribemus etiam in efficaci forma ad Oratorem nostrum,

qui est apud B. Suam, ut apud eam operetur, et agat, quicquid possibile sibi fuerit.

Verum quoniam summe necessarium esse cognoscimus, quod Serenissimus Rex amplius differre non habeat ad exeundum in castra, hortari et rogare volumus, quantum possumus, Majestatem Suam, ut que per eam gerenda sunt contra hostem, celeriter agat, sicuti etiam pluribus literis scriptis ad Oratorem nostrum apud Serenitatem Suam, sibi dici fecimus, cum nempe hostis in Amorea et alijs diversis partibus a nostris gentibus terrestribus, molestetur et offendatur. Et similiter per classem nostram maritimam in omnibus provincijs et locis suis ex parte maris, sibi inferratur bellum, existimare non possumus, quod Turcus magnum numerum gentium tenere possit ad oppositum Regie Majestatis, quomodo coactus est, notabilem summam gentium tenere occupatam contra vires nostras, ideoque rogamus parte ipsius Oratoris, ut scribere libeat Serenissimo Regi hanc mentem nostram, hortarique et rogare eum ad exeundum in castra, nec amplius differendum, ut sicut auxiliante Deo sperandum est, gloriosam famam et victoriam reportare possit.

De adventu autem, et de expositione prefati Oratoris et de responso nostro scribatur, et detur noticia Oratori ad S. Pontificem, cui mittatur copia istius responsionis nostri, et similiter etiam mittatur exemplum ipsius responsionis ad Oratorem nostrum apud Regiam Majestatem Hungarie.

\+ 128 — 0 — 0.

(Velenczei államkönyv 22. l.)

172.

1464. A velenczei államtanács Aymo János magyarországi követét a Magyarországnak török ellen igért segély tárgyában tudósitja.

MCCCCLXIIII. die II. Augusti.

Sapientes Consilij et » t. f.	Ser Joanni Aimo, militi, Oratori nostro apud Serenissimum Regem

Hungarie.

Reddite sunt nobis litere vestre dierum X. XII. et XIII. Julij prope decursi, quibus intercetera significastis nobis successus rerum istarum, ac expeditionem et progressus gentium Regie Majestatis Hungarie, ut contra hostes Turcos procedere possit, in qua re diligentiam per vos adhibitam laudamus, ut Serenitas Sua, impresiam illam feliciter invocatam, auxiliante Deo gloriose perficere possit. Nos vero, qui hic instruximus et paravimus classem, nuntiamus vobis, quod in Dei nomine ascendimus personaliter triremem nostram, et una cum alijs triremibus Consiliarorum et aliorum nobilium nobiscum designatorum quamprimum discedamus, profecturi cum omni studio et celeritate ad urbem Ancone, ad visendam et faciendam reverentiam debitam Rom. Pontifici, ut divino aspirante numine opus sancte expeditionis una cum Sanctitate Sua feliciter prosequamur.

Intelleximus, quantum scribitis, de puero isto fratre Turci, penes Summum Pontificem existente, quem Serenissimus Rex Hungarie libenter habere vellet, ex causis et respectibus in literis vestris contentis. Et respondentes dicimus, quod ut facti sumus certiores, Summus Pontifex ipsum, qui erat in Spoleto, secum Anconam conduxit, cum firma intentione ducendi eum super classe sua, existimans eum rebus gerendis ex hac parte satis posse facere; unde non videmus, quid pro nunc in re ista facere possimus. Et ita volumus, quod Serenitati Sue nostri parte dicatis, verum si in posterum videbimus Majestati Sue satisfacere posse, id libenter faciemus. Misimus superioribus diebus Segnam, bonam partem pulveris a bom-

barda requisitam per Regiam Majestatem et reliquum etiam onerari fecimus, misimusque his diebus Segnam, ut Sua Serenitas pulverem ipsum ad omnem ejus requisitionem habere possit.

Intellectis his, que scripsistis nobis, de favore pecuniario exhibendo Serenissimo Regi, in terminis tribus et ect. Respondemus vobis, quod inter hos dies mittemus Segnam octo, usque XL mille florenos, quos Sua Majestas ad libitum acceptum habere poterit.

+ 72 — 2 — 0.

(Velenczei államkönyv 28. l.)

173.

1464. Collis Gellért velenczei követ többi közt a szerbiai és boszniai-török hadi mozgalmakról tudósitja a milanói fejedelmet.

Illustrissime Princeps ac Excellentissime Domine, Domine mi Singularissime.

Ali XXVII. del presente hebe una de Vestra Illustrissima Signoria de XXI. continente doe parte; la prima de la morte del Papa, et como Vestra Excellentia ha mandato ad Roma Messer Otto per confortare quello, sera ellecto novo Papa, ad perseverare ne la inpresa contra Turchi, principiata per quondam Papa Pio etc.

La seconda, che de la inibitione hano facto li Rectori da Bressa et Bergamo in non lassare condure vino in Cremonese etc.

Io questa matina ho lezuto dicta littera ala Illustrissima Signoria et ma risposto lo Principe, che rengratiano mille volte Vestra Excellentia de la diligentia usa circha le cosse de la inpresa per la fede catolica, et che veramente cusi dovereba fare omni catolicho et fidel Christiano, et che per loro non manchara, che non fazano omni loro sforzo ad sequire la principiata inpresa, et che lo medesimo farano in confortare lo novo Papa ad fare lo simile.

Al facto del vino loro ano scripto oportunamente ali Rectori da Bergamo et Bressa, lassano cavare omni quantita di vino et andare senza altra licentia, dove volle, como ha facto per lo passato, he vero, che dichano che li Rectori, maxime de Bressa, haveano facto dicta inhibitione per lo manchamento, he stato questo anno ala piana de Bressa, dove non li sera niente; ma non hano voluto attendere a questo, ymo vogliano sia conducto secondo d'usato, como ho dicto de sopra.

Questa matina la prefata Signoria ha facto benedire lo standardo et datolo al Magnifico Capitanio dela armata Messer Yacomo Lordano, alo qual Messer Yacomo ho facto la ambassata, che Vestra Excellentia me scripsi ali die passati, et offerto per parte dessa de operare et fare omni cossa possibile in adiuto dela impresa, et etiam per sua Magnifacenza. El ringratia mile frate Vestra Excellentia, de la qual dice, essere familiare domestico et servitore, et si ricomanda ad la prefata Vestra Excellentia.

La Serenita del Principe me ha poy dicto, che hano mandato XL mille ducati, lia dato li Cardinali in Anchona alo Re de Ungaria. Altri tanti, cioe XL milla ducati de presenti ne mandano per Messer Jacomo Lordano al Signor Sigismondo, et ali altra gente d'arme hano de la, et che non intendano per cossa alcuna, habandonare dicta impresa, anchor, che la gli sia de extrema et intolerabile spesa.

Lo dicto Messer Jacomo Lordamo partira de qua per tuto questo mese et va con XI galee cioe X, quale andaveno con lo Principe e Consiglieri et una per luy, et de la ad Modone ne hano XXXV secondo, ma dicto lo prefato Messer Yacomo, licet io intenda da altri, che non sono piu de XXVI., cio quelle sono in quelle parte de Modono.

Messer Angelo da Pesaro, ch' era al governo de l'armata, he morto de febre in Modono, Messer Andrea Dandolo secondo ma dicto lo Principe ha scripto ala Signoria, che lo Signor Sigismondo ha radunato tuta la zente d'arme insiema, et ha sachezato tre, ho quatro castele in la Morea, de quelle teneva lo Turcho, et dice, che Amarbeo et lo Fabularo con li loro turchi sono reducti dentro a Corentho, et non fano

stima si non de IIII-o ho V cita de dicta Morea, quale hano bene fornite de victualia et de homini lo resto, metano per habandonato quindi, dice dicto Messer Andrea, che si lo Signor Sigismondo havese zente d'arme asay, haveria opinione de fare di novo lo muro de la Similia, et fare uno fosso circha Corentho et assidiarlo; ma per la pocha quantita de zente non lo po fare, quale non passano il numero de IIII ho V milla persone tra cavalo et pede, et sono mal in poncto, si, como ho inteso, da zonto veneno da la, advisando Vestra Excellentia, che dicto Signor Sigismondo may non ha scripto cossa poy, che de la del che omni uno si maraviglia.

Le altre galee facte per li Cardinali Ducha di Modona, Bolognesi, luchesi, tute sono desarmate et andate ad niente, che pero stato mal facta cossa pero, che essando pagati per IIII-o mese, hariano posuto servire ala inpresa per dicto tempo, ma la zurma tuta ha cridato falzeta et dichano, che morto lo loro Capitanio, cioe lo Papa, che sono in sua liberta et par questo modo he perssa tuta quella spesa, che forsi non si fara may piu.

Lo Turcho con lo forza de la gente sua he tra la Servia et la Bosna per aspectare si lo Re de Ungaria passa la Sava, et ha mandato dicto turcho circha XX mille persone in Bosna, et sono questi giorni passati corsi fin ne le terre del Conte Stefano da Segna et robato quanto cie, hora sono acampati ad Ayza principal cita de Bosna, qual luy per altri tempi non ha may posuto havere et gia dichano, ha citato una parte de le mura con le bombarde; ma intendo pur, che contro lie uno valente Capitano del Re de Ungharia, non so como farano.

In Albania le cosse stano pur cusi, Messer Cimarosto non ha may facto poncta alcuna, et adesso si dice, ch' era admalato. Li turchi sono in la Morea, hano brussato tuti li strami, et tagliato li arbori per le Campagne, adcio, che la nostra zente non trova victualia et non si possano acampare.

Ho veduto una littera, scrive Messer Jacomo dal Borgo da Rimini, dove prega lo amicum, che dicha ala Signoria, che havando adiuto, che luy recuperara tuto lo stato del Signor

Sigismondo, tiene la chiesa et li nepote del Papa, perche la intendimento in dicte terre, quindi prega la Signoria voglia mandarli cento homini d'arme de quelli del Conte Carlo, la Signoria non lia dato anchor risposta, ne credo gli concedera questa cossa, pur se quanto sequira, daro adviso ad Vestra Excellentia, et questo medesimo ha scripto dicto Messer Jacomo del Borgo al Signor Messer Sigismondo.

De lo Archiepiscopo de Zenua non ho hauto notitia, sia capitato, qua licet li habia pur facto diligentia inspiare, ma ho bene posto tal ordine, che si gli capitara, sero advisato dato, che luy si affaticha in darno opero, che questa Signoria conosce le sue legereze, et anchor ha altro, che spendre, che non in l'archiepiscopo, et non havando voluto mantenere in stato, che pariva asay piu lezere cossa non lo vora gia remetre, che seria inpossibile.

Questa matina he venuto littere ala Signoria da Bergamo, da Crema, che Vestra Excellentia manda molti cavali de zente d'arme a Cassano, la prefata Signoria non me la pero dicto, ma he stato lo amicum, io li risposi, che non era vero; ma che poria bene essere, che Vestra Excellentia volesse venire a Cassano per alcun giorni ala cacia, como sole de li altri anni et per dare solatio a lo Illustrissimo Conte Jacomo, et forsi per questo tal aparechio era levata tal novella falsa etc.

Ho etiam inteso da altri molti zentilhomini, che l'andata de Messer Polo Moresino dal Duxe de Osterlic he sollo per la differentia ha li gentilhomini da Lodrono con esso Duxe, per alcune decime, como per altre mie ho scripto.

Ho veduto littere ogi, datum a Franchavilla da Brugio ali XXI. del presente, dichano, che la Maiesta del Re Ferando he a campo Alquasto et etiam a civita Roparela, et haver facto venire quatro nave et una galea a Sancto Vieto, cariche de victualia et bombarde per bombardare dicti luoghi; dice pero, che tuta via, si pratichava lo acordio tra la prefata Maesta del Re, et Messer Antonio Caldora per mezanita de lo Illustrissimo Grande Comestabilé etc. Licet de queste cosse Vestra Excellentia ne deba havere mille advisi

da Antonio da Trizo et altri luochi asay. Venetia die XXVII. Augusto 1464.

E. V. Ill. Ex. fidelissimus Servitor
Gerardus de Collis.

Illustrissimo Principi, ac Excellentissimo Domino, Domino, Duci Mediolani etc.

(Milánói állam ltár.)

174.

1464. A velenczei köztársaság Aymo János magyarországi követét a Clissa megvételére vonatkozó alkudozás tárgyában értesiti.

MCCCCLXIV. die II. Septembris.

Ser Joanni Aymo Militi, Oratori in Hungaria.

2 Consiliarij	
2 Sapientes Consilij	
1 » t. f. et	
1 Sapiens Ordinum	

Meminimus alias a vobis litteras habuisse ex Ciasina (igy) diei XVI. Januarij preteriti, per quas inter cetera ad nos scripsistis Majestatem illius Serenissimi Domini Regis vobis commississe, ut ad nos scriberetis, quod de rebus ad Suam Majestatem spectantibus habere non vellemus per alium medium, quam Sue Serenitatis, quomodo requirentibus nobis aliquid Majestas Sua, ostenderet, desiderium suum, faciendi nobis rem gratam. Postquam literas ipsas habuimus, vobis circa id aliud scribendum non existimavimus, non occurrente presertim materia, qua hujusmodi regiorum promissorum experientiam facere necessarium esset, impresentiarium vero, queritante Bannissa, uxore condam Magnifici Pauli Sperancich, vendere locum Clisij, proposita, oblataque nobis materia hac. Nos, qui ob interesse status nostri, videre non vellemus locum illum, locis nostris adeo finitimum in alienas manus devenire, respectu maxime Turcorum, ob ea, que occurrere possent, advisati preterea, et certificati Bannissam ipsam cum circumvicinis Dominis assidue practicare, ut que locum illum penitus alineare constituit, et dicit, et affirmat, se id licite, libereque facere posse, aures

oblationi prefate Bannisse prestare non inconveniens judicavimus. Et volumus, mandamusque vobis cum nostro Consilio Rogatorum, ut nacti opportunitatem cum omnibus illis bonis, dulcibus et accomodatis verbis, que vestre prudentie videbuntur, de re hac Majestati illius Serenissimi Regis noticiam dare debeatis, et opportune ac convenienter memoratis amplis, et liberalibus verbis et promissionibus Sue Regie Serenitatis, eidem declarate, nos certissime nobis persuasisse Majestatem Suam contentissimam fore, ut locus ille in manus nostras potius, quam alienas deveniat, ob sinceram et mutuam nostram benivolentiam, animorumque nostrorum indissolubilem conjunctionem. De hac eadem re coram Regia Majestate volumus, ut sermonem etiam faciatis cum illis ex Prelatis et Baronibus Regni, qui vobis videbuntur huius rei propitij esse posse, et si, ut speramus Majestas Regia vobis respondet, gratum id ei esse, gratias convenientes nostro nomine prefati Regie Majestati agetis, et nos quamprimum per festinantissimum cursorem certiores faciatis. Si vero Majestas ipsa difficilem se redderet, et rem hujusmodi, tum sibi, tum Prelatis et Baronibus molestam futuram, scandalosamque intelligeretis: volumus, ut eidem Majestati dicere debeatis, quod ad nos scribatis, quos aliquid in re hac facturos, non creditis, quod Serenitati Sue ingratum esse aliquo modo possit. Et si in re ulla unquam diligens fuistis, sitis in hac, ut quamprimum per vestras literas de Regis ipsius intentione certiores reddamur.

Et ex nunc captum sit, quod cum cognato Bannisse, hic pro re hac existenti, practicari debeat, et promitti ad partem usque ad summam ducatorum XX m. solvendorum in illis terminis, qui Collegio visi fuerint. Ostendente tamen nobis, et aperte declarante per privilegia et scripturas autenticas, libertatem, quam asserit habere, possendi locum supradictum licite, libereque alineare, et hec intentio nostra declarari eidem cognato debeat, sub illa forma verborum idonea et convenienti, que Collegio visa fuerit. Et tamen concludi non possit, sine expressa licencia hujus Consilij.

De parte — 82.

(Velenczei államkönyv 33. l.)

175.

1464. A velenczei államtanácsban Trevisano Miklós külön véleménye a Clissa iránti alkudozás tárgyában.

MCCCCLXIIII. die II. Septembris.

Ser Nicolaus Trevisanus
Sapiens Ordinum

Compertum fuit sepe, ob parvas, immo minimas res, magna scandala, maximaque incendia suscitata esse, ideo in hac materia Clisij exacta cum inspectione procedendum est, ne Serenissimus Hungarie Rex, qui defensionis fidei christiane propugnaculum merito dici potest, a sancto proposito suo retrahi possit, cum gravissimo periculo totius christianitatis, et gravissima ignominia nostri Dominij; quamobrem vadit pars: quod supersedeatur ab hac practica Clisij, donec habebitur responsio ab Oratore nostro apud Regem Hungarie, cui scribatur in hac forma:

Scripsistis nobis superiore anno, die XVI. Januarij inter cetera Serenissimum istum Regem nobis dixisse nostro Dominio multum debere, ob pulverem maxime, quem a nostro Dominio gratis habuit, cum quo Regnum Bossine conquisivit, ex quo nobis rem aliquam gratam facere cupiebat, et si de rebus aut acquisitis aut acquirendis habere cupiebamus, nullius alius, nisi Sue Serenitatis medio uti vellemus, quia nobis semper complaceret. Verum quia his diebus venit ad nos Magnificus Juanus, cognatus Magnifice Comitissime Clisij, illius nomine, locum ipsum offerens certo pecuniarium pretio, volumus, vobisque cum nostro Consilio Rogatorum mandamus, ut dextro, prudentique modo nactus temporis opportunitatem Serenitati Sue dicere debeatis, nos sepe requisitos fuisse de accipiendo Clisii loco, nuperque itidem oblatum esse et quanquam certo sciamus, ipsam Magnificam Dominam Bannissam penitus deliberasse locum ipsum alienare, memores suprascriptorum verborum, que nostri Dominii nomine Sue Serenitati scripsistis, ei tamen nihil respondere voluimus, nisi prius de hujusmodi re Sue Majestati data noticia, quia nihil facere

vellemus, nisi cum assensu et beneplacito Sue Serenitatis, quamobrem et ect.

De parte — — 4.
De non — — 18.
Non sinceri — — 5.

(Velenczei államkönyv 33. l.)

176.

1464. A velenczei államtanács tudósitja a magyar kanczellárt a török elleni segélyre Segniában fölvehető pénzösszeg tárgyában.

MCCCCLXIIII. die XXIII. Septembris.

Cancellario Serenissimi Hungarie Regis.

Sapientes Consilij
» t. f.
» Ordinum

Accepimus his diebus litteras vestras Segne obsignatas, octavo hujus, quibus intellectis, respondemus, quod pro satisfactione promissionis nostre Vestro Serenissimo Regi facte, vobis mittimus per nuntium nostrum octo millia ducatorum, et pro habenda suprascriptarum pecuniarum quantitate, ex nunc captum sit, quod de deposita ratione et qualibet alia ratione accipiantur suprascripti ducati octo mille, sine ulla temporis intermissione, qui mittantur per unum notariorum nostrorum ad illum locum, qui Collegio videbitur.

+ 84 — 2 — 0.

Consiliarij
Ser Victor Capello
Ser Philippus Corrario

Post reditum Serenissimi Principis nostri juxta formam condicti inter sacrum Collegium Reverendissimorum Dominorum Cardinalium, et ipsum Serenissimum Principem facti missi fuerunt Jadram ducati circiter 40 m. de Camera ab ipso sacro Collegio consignati, mittendi ad Serenissimum D. Hungarie Regem, pro subventione sancte expeditionis adversus impium Turcum, subque die XXVI. Augusti Oratori nostro ad ipsum Serenissimum Regem littere misse, quibus

significabatur de missione ejusmodi pecuniarum, quodque Serenitas Sua eos acceptum mitteret, quia Rectores nostri Jadre eos nuntio Serenitatis Sue consignare in mandatis a nostro Dominio habebant. Cum quibus litteris per velocissimum nuncium misse etiam fuerint littere ipsius Sacri Collegij super pecunijs ipsis missis, sitque verisimile, quod habitis literis ipsis, Sua Serenitas, quam Orator noster postremis literis suis significat in magna egestate pecuniarum constitutam esse, eas acceptum sine temporis intermissione miserit, et fortasse jam tot dies inde accepti esse possint, quod si ita esset, Majestas Sua ad presens alijs pecunijs non habet opus.

Quamobrem vadit pars, quod respondeatur Cancellario ipsius Regis: nos accepisse literas tuas Segne obsignatas octavo hujus, quibus intellectis respondemus, quod dum Ancone essemus, ex condicto inter Sacrum Reverendissimorum Cardinalium Collegium, et nos, missi fuerunt Jadram ducati XL m. de camera, pro subventione Serenitatis Sue, adversus impium crucis inimicum. De missione quarum pecuniarum XXVI. Augusti proxima eidem Serenissimo Regi significavimus, quod eas acceptum mitteret, quia Rectores ipsius nostre Civitatis in mandatis a nobis habent, eos Sue Majestatis nuntio consignare; cum quibus literis nostris misimus quoque literas ipsius sacri Collegij super re ipsa pecuniaria, quamobrem Jadram se conferre potest, quia si Rex suus ejusmodi pecunias nondum misisset, acceptum jubebimus Rectoribus ipsius Civitatis nostre, quod sibi dare debeant ducatos VIII m.; sin vero idem Serenissimus Rex eas acceptum misisset, Serenitas Sua ad presens alijs pecunijs opus non habebit. Verum pro satisfactione promissionis nostre, eum certum esse volumus, quod de mense Novembris proxime Segnam, aut ad alium locum, qui pro tempore magis idoneus videbitur, mittemus ducatos XVI m.

Et ex nunc captum sit, quod mandetur Rectoribus nostris Jadre, quod si Rex Serenissimus ipse ad harum acceptationem pecunias suprascriptas nondum misisset, de illis prefato Cancellario dare debeat ducatos 8 m. et si suprascripti ducati 8 m. per regimen nostrum Jadre dabuntur, recuperen-

tur post recessum galearum Alexandrie ducatorum VIII m., undecunque haberi poterunt, ut si opus esset, reponi possint loco suprascriptorum ducatorum VIII m. ducati LX m. acceptorum.

De parte — 17.

(Velenczei államkönyv 37. l.)

177.

1464. A velenczei államtanács határozata Clissa iránti alkudozás tárgyában.

MCCCCLXIIII. die XXIX. Septembris.

2 Consiliarij	
2 Capita de XL.	
2 Sapientes Consilij	
1 » Ordinum	

Venit ad nostrum Dominium M. Vayvoda Juanus, cognatus Magnifice D. Bannisse Margarite Comitisse Clisij, ejus nomine locum illum nostro Dominio offerens, pro ducatis XXX millibus et tandem ad ducatos XXV m. descendit, quem locum omnes, qui de Dalmatie partibus noticiam aliquam habent, affirmant clavem esse et stabilimentum tum civitatis nostre Spaleti, tum etiam civitatum nostrarum Tragurij et Sibinici.

Quamobrem vadit pars: quod in Dei nomine locus ipse accipiatur, cum pertinentijs suis pro summa ducatorum XX millium, tercium quorum hic solvatur habita consignatione loci ipsius usque unum annum et ect. In quantum ipsa Magnifica Domina Bannissa nobis de privilegio Serenissimi Hungarie Regis, quibus sicuti nobis affirmavit, eandem M. Dominam Bannissam ipsum locum Clisij tenere, atque possidere tanquam locum patrimonij sui. — Et si in suprascripti temporis spacio concludi non posset, Collegium habeat libertatem de practicando et concludendo de tempore ipso, sicut melius fieri poterit.

Preterea mandetur nobili viro Joanni Aimo, Oratori nostro ad Regem Hungarie, quod nactus temporis opportuni-

tatem, de hujusmodi re dare debeat noticiam Sue Majestati, et omnibus humanioribus, dulcioribusque verbis, quibus poterit, persuadeat, considerato maxime multos esse, qui locum illum habere aspirant, melius esset, quod ad nostras perveniret manus, quam aliorum Dominorum, qui illum ardentissime habere cupiunt et ect.

De parte 58 — 65.

3 Sapientes Consilij Volunt, quod suprascripto Vayvode Juano respondeatur: nos grato animo audisse, quecunque nostro Dominio nomine ipsius Magnifice Domine Banisse retulit, ad cujus comoda ob affectionem, quam nostro Dominio habere videtur, esse inclinatos. Et quia in hujusmodi re Clissij stamus quodamodo suspensi, precipue non videntibus nobis illa privilegia, que dixit ipsam M. Dominam Bannissam habere, quibus suprascriptis sibi tanquam patrimonium suum concessus est, deque illo disponere ad libitum potest, quamobrem videntibus nobis illa, ac rem ita se habere, intelligentibus particularius respondebimus et ect.

De parte — 18.

2 Sapientes t. f. Volunt, quod pro pondere materie hujus, in alium diem differatur.

De parte	—	59	—	74.
De non	—	4.		
Non sinceri	—	1	—	2.

(Velenczei államkönyv 40. l.)

178.

1464. A velenczei köztársaság Aymo János magyarországi követét a Segniába fölveendő nyolczezer forintról és a török ellen tett hadműveleteiről tudósitja.

MCCCCLXIIII. die XXVIIII. Septembris.

Ser Joanni Aymo militi, Oratori nostro ad Serenissimum Hungarie Regem.

Sapientes Consilij et	
» t. f.	

Ternas litteras vestras accepimus, diei primi, secundi, et VI. Septembris, ex quibus intelleximus, quecunque scribitis et memoratis, et inprimis de negotio memorabili oppidi Jaize, ac de optima dispositione Regie Majestatis progrediendi ulterius et fortissime bellum inferendi comuni hosti et etc. Respondentes itaque, plurimum diligentiam et prudentiam vestram commendamus, gratissimaque omnia habuimus. Nos vero, ut Majestas prefata alacrius bello isti et necessario et glorioso incumbat, simul atque accepimus R. Protonotarium Nuntium Regium pervenisse Segnam, causa rei pecuniarie, providimus per proprium Nuntium mittere ad ipsum locum Segne VIII. m. hungarorum, quos non dubitamus, quin celerrime illo perlata sint. Volumus proinde, et cum nostro Consilio Rogatorum mandamus vobis, ut de hoc noticiam detis Regie Majestati, quam omni studio vestro et inductione verborum, inanimare eniteminj, ut magnanime progrediatur, et fructus belli vincendo recipiat. Nec per nos stabit imposterum, quin hoc idem fiat et pecunie quam promptissime Majestati Sue mittantur.

Preterea ut Majestas Regia intelligat nos ulli rei possibili, que confere habeat huic bello, deesse nolle, probantes id, quod dicitis et memoratis, de copijs nostris Albanie, ut scilicet appropinquante ad illa loca vicinâ et finitima Albanie exercitus Majestatis Regie, ad omnem requisitionem vestram unire se debeant cum ipso exercitu, quo validius, et unitis viribus, hostes, et loca hostilia impetantur. Deliberavimus scribere de hoc provisori nostro, et mandare, ut modo possibile sit, ita faciant gentes nostre ad omnem vestram requi-

sitionem. Et eo magis hoc fecimus, quod satis certo scimus, hoc sitis facturi cum multa circumspectione et securitate rerum nostrarum.

Verum ut de rebus Peloponensiacis, que feliciter, auxiliante Deo, succedunt, ac de ijs, que per Oratorem Usson Cassani, ad presentiam nostram constituti, nuper habuimus, Majestas Regia particeps fiat, mittimus vobis presentibus inclusa exempla. In Albania etiam, sicuti superioribus his diebus accepimus, M. Scanderbegus, et cetere copie nostre magnanime contra hostilia loca prodierant, et bellum gerebant, classis nostra multo validior et numerosior accessu Capitanei nostri generalis maris, quem jam expedivimus comitatum XII triremibus, non stabat otiose, sed acriter loca hostilia infestavit, ac ferro igneque vastare conabitur.

Dabitis item noticiam Serenissimo D. Regi, decem Legatos, quos designavimus ad Summum Pontificem gratulandi gratia creationi Sanctitatis Sue, propediem discessuros esse, per quos non desistemus operam dare apud Pontificem Max. et studere rebus omnibus, que conducere habent huic sancte expeditioni; nec dubitamus, quin Sanctitas Sua optime erit disposita. Et ex nunc captum sit, ut in opportuna forma, scribatur provisori nostri in partibus Albanie, item, quod pro expeditione excursorum accipiantur pecunie de omni loco et officio.

+ 107 — 4 — 0.

(Velenczei államkönyv 40. l.)

179.

1464. A velenczei államtanács határozata Clissának tartozékai nélkül megvétele tárgyában.

MCCCCLXIIII. die V. Octobris.

Sapientes Consilij
5 Sapientes t. f.

Fuit Collegium cum cognato Magnifice Bannisse super facto Clisij et facta ei propositione juxta hujus Consilij deliberationem, ipse respondit, non habere in commissione, concludendi aliquid de Clissia sine oppidis Petrovaz et altero oppido . . . in suis

capitulis oblato, cum petitionibus per eum factis, sicut alias huic Consilio lectum fuit, et declarato ei, quod practica nostra semper fuit de Clissia, et quod circa illam prosequi intendebamus, ipse firmus stetit, affirmans se de Clissia sine alijs oppidis practicare nolle ullo modo. Pro Dominio vero nostro non faciat se implicare in rebus illis, que nobis nonnisi laborem et difficultatem possent afferre. Propterea vadit pars:

Quod eidem cognato dici debeat intentionem nostram, et omnes nostros sermones fuisse circa Clissiam, solummodo circa quam, si ipse vult, nobiscum practicare, apti sumus venire ad honestam secum compositionem et conclusionem, quomodo de alijs oppidis intentio nostra non est se implicare; verum prefatam Dominam Bannissam certiorem nostro nomine faciat, quod pro ejus tutela et status sui conservatione faciemus imposterum, quecunque nobis possibilia fuerint, non secus ac pro elapso fecimus.

+ 82 — 5 — 4.

(Velenczei államkönyv 42. l.)

180.

1464. A velenczei köztársaság válasza Aymo János magyarországi követéhez a török elleni hadjárat, a Segniába küldött pénz föl nem vétele, a Clissa iránti alkudozás, és a követ visszakivánkozása tárgyában.

MCCCCLXIIII. die VIII. Octobris.

Ser Joanni Aymo militi, Oratori in Hungaria.

| Sapientes Consilij |
| » t. f. |

Complures literas vestras hisce diebus accepimus; quarum proxime fuerunt XVIII. XVIIII. et XX. preteriti, et illis fuerint alligate bine littere replicate, quibus omnibus literis multa nobis scripsistis, et vestra diligentia et nostra noticia digna, pro quibus studium vestrum solitum commendamus. Et respondentes vobis dicimus, gratum admodum nobis fuisse, quod Regia illa Majestas ad Savam fluvium magno exercitu trajecturum per-

venerit, in qua re cernimus suasiones vestras plurimum profuisse, ob quam rem vobis cum nostro Consilio Rogatorum jubemus, ut post hac etiam Serenitati Sue suadere non desistatis, ut ab ea parte hostem, quamdiu per temporis conditionem licet, prosequi et urgere perseveret, quemadmodum et nos terra marique facimus, et sumus facturi. Intelleximus preterea ea, que nobis commemorastis circa suffragium mittendum, id quippe Segnam superioribus diebus misimus, et fuit ducatorum VIII m.; sed si forte ad adventum Nuntij Sue Serenitatis non applicuit, causa fuit tempus adversum. Si paululum illic Nuntius distulisset, forte, quod Secretarius noster cum pecunia ipsa appulisset, quod ad denarios cruciate attinet, ut commemorastis in tria tempora dividendas, vigilantiam vestram commendantes, dicimus, quod priusquam nobis litere vestre redderentur, juxta ordinem Sacri Collegij R. D. Cardinalium, illos Jadram miseramus, quos secundum literas ipsorum et ordinem prefatum, jussimus binis litteris nostris Rectoribus Jadre et Nuntio Regio illius Majestatis litteras deferenti, consignari, cautione et declaratione, ut par est sumpta, quos denarios quomodo existimamus adhunc diem fuisse consignatos, provisio alia per nos fieri non potest, et ita dicimus de pecunijs argenteis, in aurum, ut scripsistis commutandis. Bene vos monemus, ut suadeatis illi Regie Majestati, quod ad prefatorum pecuniarum dispensationem, illum ordinem sequi placeat, quem in literis prefatorum R. Cardinalium continere vidit, ut imposterum ad aliud suffragium promptiores esse possint.

Quod ad oppidum Clisij attinet, in quo jam bis ad nos scripsistis, Regiam illam Majestatem vobis dixisse, ne vos impediamus, respondemus: quod licet arbitremur, vos probe meminisse, que vobis scripserimus circa materiam istam proximis litteris nostris, tamen non immemores verborum Regiorum, videlicet, ut peteremus, siquid vellemus, quomodo repulsam non haberemus, sperabamus, quod nunc item non diffidimus vestra opera, haud difficulter Regiam Majestatem vobis esse morem gesturam, hunc vero, quomodo res hec tanti a Sua Majestate fieri videmus, ejus voluntati statuimus non adversari; et propterea cum nostro Consilio Rogatorum vobis injungimus, ut captato tempore Serenitatem Suam adeatis, expo-

natisque, quod attenta sincera et firmata amicitia, ac societate, que inter nos est, non modo facere, sed ne cogitare quidem quicquam vellemus, quod ingratum esset voluntati Sue Serenitatis, sed videntes hoc tempore oppidum Clisij, distans multum a Sue Majestatis locis, in alienas manus esse venturum, moti conditione loci ipsius, his, qui rem nobis promoverunt, aures adhibuimus, et cum statum Sue Serenitatis et nostrum unum et idem judicamus, id non estimabamus Majestati Sue ingratum fore, immo nobis persuaseramus veniente loco ipso in manus nostras, Serenitatem Suam illud esse in manibus suis judicaturam. Et in hanc sententiam omnibus illis prudentibus verbis et modis nitemini, qui vobis ad inducendam Serenitatem Suam aptiores et accomodatiores esse videbuntur; quod si facta omni modesta et possibili instantia videritis, non posse optinere, ut Sua Majestas contentetur: sumus contenti, quod eidem dicatis, quod tanti facientes Suam Majestatem, quanti facimus, decrevimus omnino, nihil contra ejus voluntatem attentare et de oppido Clisij, quando id Sue Serenitati placet, nos nullo pacto impedire; et quicquid actum erit in causa, quamprimum nos vestris literis reddetis certiores.

Instituit Summus Pontifex, istuc mittere R. Archiepiscopum Cretensem, nobilem nostrum, prelatum dignissimum, Legatum apostolicum, quem in dies expectamus, id vos latere noluimus, ut de hoc ipso Serenissimo Regi noticiam dare possitis.

Quomodo, totiens et tam instanter veniam repatriandi flagitastis, licet operam vestram et ingenium tantis rebus utilissimam, et tam necessarium esse judicemus: contenti tamen sumus, ut postulatis vestris satisfaciamus, quod in Dei nomine, postquam Regia Majestas ad hiberna se se contulerit, de rebus omnibus et novis illarum partium particulariter edoctus, ad nostram presentiam redeatis.

Et ex nunc captum sit, quod in primo Consilio eligatur unus alius Orator ad Serenissimum Regem Hungarie, qui hinc proficisci teneatur, ubi intellectum erit Regiam illam Majestatem ad hiberna se contulisse. Et eligatur cum omnibus conditionibus et modis, quibus fuit vir nobilis Joannes Aimo miles.

+ 103 — 3 — 0.

(Velenczei államkönyv 44. l.)

181.

1464. A velenczei államtanács válasza Mátyás királyhoz az uj pápa üdvözlete és a kalocsai érsek ügye tárgyában.

MCCCCLXIIII. die VIIII. Octobris.

Serenissimo Regi Hungarie.

Sapientes Consilij et
» t. f.

Congratulatur nobis Regia Majestas Vestra, sibique gaudet, quod accepisse scribit Reverendissimum D. Cardinalem Sancti Marci, Senatorij nostri ordinis virum, ad summi apostolatus fastigium evectum esse, seque sperare ait, et ob ejus ingenium, et quia in civitate sibi conjunctissima et socia ortus est, regno suo patrem et reipublice christiane protectorem esses futurum. Non fallitur profecto, ut nobis persvademus Majestatem Vestram, nam ut de majoribus Pontificis, et zelo religionis taceamus, edidit signa, ut primum pontificatum est ingressus, ut non nisi magna, et excelsa optimus quisque fidei noste propugnator a Sua Sanctitate debeat expectare. Quod si quispiam est, qui hec sibi promittere possit, totius orbis judicio Vestra Majestas, qui intrepide semper pro Christo, adversus truculentissimos hostes depugnavit, optimo jure ea et longe majora reposcere debet. Si ex extrinsecis hominum sensus deprehendi quandoque potest, nonsolum speramus, sed confidimus Beatitudinem Suam florenti regno vestro et presidio esse, et ornamento futuram. Quamobrem quod rempublicam nostram hoc Christi Vicario illustratam, tanto gaudio Vestra Majestas sit exhilarata, non miramur, sed precipuo suo erga nos amori astribimus, et ob hoc sibi gratias agimus immortales, quam volumus non ignorare, quicquid reipublice nostre laudis adjicitur, aut dignitatis, hoc jucundius nobis esse, quod cum ita inter nos devincti simus, ab Majestatis Vestre amplitudine et dignitate non potest esse sejunctum.

Quod ad Reverendum D. Episcopum Colocensen attinet, respondemus nos nihil non esse tentaturos, ut Regijs postulatis satisfaciamus, et quemadmodum dum Ancone fuimus, studium, diligentia ac cura nostra obscura non fuisset, nisi prius Pontifex extinctus esset; ita impresentiarum et per litteras et

per Oratores nostros curabimus, et studebimus pro virili nostro, ut vestre Majestati morem geramus, et si fieri poterit, efficiemur re ipsa, quod Vestra Majestas intelliget, quantum in re hac elaboraverimus.

Denarios vero, quos opera nostra atque studio, dum Ancone essemus ab Sacro Reverendissimorum D. Cardinalium Collegio habuimus, Jadram juxta ordinem ipsorum misimus: poterit proinde Serenitas Vestra eos acceptum mittere, et juxta litteras ipsorum, quas ad Majestatem Vestram misimus, de eis disponere.

+ 104 — 0 — 0.

(Velenczei államkönyv 44. l.)

182.

1464. Collis Gellért velenczei követ egyebek közt a magyar török hadi mozgalmakról tudósitja fejedelmét.

Illustrissime Princeps, Excellentissime Domine, Domine mi Singularissime. Questa matina lo amicum me ha mandato due littere, l'una de uno Cancelaro del Signor Sigismondo, l'altra de esso Signor, qual he asay frescha, del primo de questo. Io ne ho cavato copia de ambe due, quale mando incluso, per le quale Vostra Illustrissima Signoria restara chiara, como vano le cosse de la et licet per la Signoria si faceno le cosse piu favorevole; questa, che scrive esso Signor Sigismondo, he la propia verita, pero che altri de la scavano ad soy amici pur il simile, et temese, che lo prefato Signor Sigismondo con quelle gente de la siano conducte, a mal passo, si i Dio non li adiuta.

De verso Albania non ce altro salvo, quello, chio scripsi ad Vostra Excellentia per mie de XXII. de questo, lo Arciveschovo de Candia he qua et va legato del Papa alo Re de Ungaria, io lo visitato, et me dice, che dicto Re de Ungaria non ha passato la Sava, ne la passara, ne fara piu facti per questa invernata, et questo he etiam verisimile, dicto Arci-

veschovo si ricomanda per mille frate ad Vostra Excellentia, con la qual mostra havere grande amicitia et familiarita.

Molti gentilhomini de questa Cita hano adviso da Brugia da soy mercatanti, che le cosse de la sono in rotta, cioe che la tregua de li Anglici et lo Re de Franza non havera piu luocho, et che lo Ducha de Borgogna he in discordia con lo dicto Re de Franza et che dicto Ducha ha facto liga con Anglici con lo Ducha de Bretagna et con lo Ducha de Borbono per contro esso Re de Franza, et che noviter dicto Re ha mandato una caravella armata per voler piglare lo figlolo del Ducha de Borgogna, Monsignor Charlois, et feceva esso Re a petitione de Messer Johanne de Crouy, qual he con esso Re, et questa cossa he stata scoperta. Quindi dicto Ducha de Borgogna la hauta asdegno et cercha de vendicarsi.

Item ho inteso, che lo Re Andoardo de Angliterra ha tolto dona una vidua moglie, che fu de uno suo Barone asay villi per rispecto suo. Io sono stato a domandato da molti gentilhomini et dicto Arciveschovo de Candia sio ne sapeva cossa alcuna de le soprascritte cosse, lio risposto, che non. Sil parese mo ad Vostra Excellentia darne qualche notitia, maxime de le cosse generale, costoro lo harebeno trato.

Lo Arciveschovo de Zenoa he pur qua, et va per la terra sollo trasvestito, et coperto la piu parte de la fatia con uno scapuzino et una caparuza da marinaro, et ha mostrato ne la contrata de li aurifici alcune gioie per vendrele, lo Principe ne la Signoria, non me ha poy dicto altro de li facti de esso Arciveschovo.

Li Ambasatori vano a lo Papa, anchor non sono partiti et partirano domenicha, che sera ali XXVIII. de questo et secondo ho inteso, hano indutiato fin hora per aspectare D. Marcho Donato per sapere la conclusione de l'andata sua da Bartolomeo Cogliono, forsi per poterne poy conferire con la Santita del Papa. Et dicto D. Marcho Donato anchor non he tornato, ma si aspecta de die in die, et per quelli intendano si contiene sia andato per le cosse del Marchese de Mantua, qual Marchese, como scripsi, ali giorni passati ha cerchato congarsi con li Signori Firentini, da li quali ha hauto repulsa, si per non haver loro bisogno de soldati in questo

tempo, si etiam per non fare, cossa molesta ad Vestra Excellentia, quindi luy sie poy voltato de qua, et da ad intendre, che trova bono partito con la Signora de Firenze, et questo per far meglio lo facto suo de qua con questa Signoria.

Ali die passati io fece, che lo amicum parlo de questa materia del Marchese con Andrea da la Bancha, como da luy digandoli, che pur si diceva, che per lo mezo de Bartolomeo, lo prefato Marchese si conzava con la Signoria etc. Dice, che luy li resposti: il ne bene praticha; ma non so anchor, che sera. Si altro sentiro, ne daro di continuo notitia ad Vostra Excellentia, ala qual me ricomando. Venetia die XXVI. Octobris, 1464.

E. V. Ill. Ex. fidellissimus Servus
Gerardo de Collis.

Illustrissimo Principi ac Excellentissimo Domino, Domino Duci Mediolani etc.

(Milánói állam ltár.)

183.

1464. A velenczei köztársaság a pápánál a magyar király részére adandó további segélyt sürgeti.

MCCCCLXIV. die XX. Novembris.

. . . . . Deinde commemorabitis periculosum et gravissimum bellum, quod habemus cum Turco. Quot impensas, — ut ita diximus — incredibiles, quot etiam favores pecuniarios contulerimus Serenissimo Hungarie Regi, non preterit Beatitudinem Suam, ut ipse rex aut Turco succumbere, aut eum eo concordiam capere non cogeretur. Provisio facta per Beatitudinem Suam et per Rev. D. Cardinales mittendi in Hungariam florenos illos circiter XL millia, magis utilis, magisque necessaria esse non potuisset, et similiter accessus R. D. Archiepiscopi cretensis, qui ob eius prudentiam et prestantiam rebus illis multum prodesse poterit. Sed ut sepenumero diximus, ad volendum comprimere hostem istum inprimis necessaria est via Hungarie, et quod rex ille potenti manu proce-

dere possit ad hostem ipsum exterminandum; aliter parum aut nihil sperari potest et etc.

(Velenczei államkönyv 49. l.)

184.

1464. A velenczei államtanács Aimo János magyarországi követének meghagyja, hogy helyén maradjon, míg helyébe a másik megérkezik.

MCCCCLXIIII. die XIII. Decembris.

Ser Joanni Aimo, Militi, Oratori nostro apud Serenissimum Regem Hungarie.

Sapientes Consilij » t. f. Ser Nicolaus Trevisano Sapiens Ordinum	Accepimus his diebus literas vestras diei XVII. Novembris preteriti, cum incluso exemplo literarum istius Serenissimi Regis, quibus

nostro Dominio queque occurrentia pro more vestro diligenter accurateque significastis, que nobis gratissima fuerunt, ob significationem precipue felicium successuum Majestatis Sue. Quamobrem solitam diligentiam, prudentiamque vestram laudamus, volentes, vobisque cum nostro Consilio Rogatorum mandantes, ut e partibus istis nullo pacto discedatis, nisi aliud a nobis habueritis in mandatis, vobis significantes, quod de successore vestro quamprimum providebimus, illumque sine temporis intermissione mittemus, ut sicuti par est, vestro desiderio repatriandi satisfaciamus. Et si antequam acceperitis, ex illis partibus fortasse discessissetis, volumus, ut ad Serenitatem Regis ipsius reverti debeatis.

Et ex nunc captum sit, quod depresenti eligi debeat in hoc Consilio unus Orator ipsius Ser Joannis loco et etc.

+ 150 — 3 — 1.

(Velenczei államkönyv 53. l.)

185.

1464. A velenczei köztársaság Rómába küldött tiz követét a szent hadra való segély és a kalocsai püspöknek bibornokságra emelése iránt utasitja.

MCCCCLXIV. die 24. Decembris.

X Oratoribus ad Summum Pontificem.

Quemadmodum nostis, R. D. Archiepiscopus Cretensis, qui proficiscitur Orator Summi Pontificis ad Serenissimum Regem Hungarie, dum hic ad presentiam nostram esset, nonnulla retulit nobis in facto lumerie Sanctitatis Sue, que a nobis seu a nostris accipienda esset, quam quidem lumeriam, seu pecunias ex ea extrahendas Sua Sanctitas deputaverat ad ferendam opem sancte expedicioni contra Turcos. . . . .

Regia Majestas Hungarie per efficaces litteras et per Oratores suos sepenumero magna instantia nos rogavit, ut R. Patrem D. Episcopum Colociensem commendatum faceremus Romano Pontifici. Cupit nempe Sua Serenitas maximopere, quod ad dignitatem Cardinalatus promoveatur. Nos pridem in responsionem litterarum ejusdem Serenissimi Regis diximus, quod intuitu Majestatis Sue de re ista Pontifici Maximo scriberemus; proinde volumus, quod similiter captato tempore sitis super hoc cum Beatitudine Sua, et illis modestis et convenientibus verbis, que vobis videbuntur, dabitis honestam operam, quod si ita esse possit, in hoc Sue Celsitudini complaceatur.

(Velenczei államkönyv 54. l.)

186.

1464. A velenczei államtanács válasza magyarországi követéhez, a török által ajánlott béke el nem fogadása tárgyában.

MCCCCLXIIII. die XIII. Januarij.

Oratori nostro apud Serenissimum Regem Hungarie.

2 Consiliarij
1 Sapiens t. f.

Tam literis vestris diei XVII. Novembris preteriti, quam exemplo literarum Regie Serenitatis Hungarie scriptarum ad R. D. Episcopum Collocensem, et ad vos, quod misistis nobis, intelleximus successus Majestatis Sue, optentionesque locorum, de quibus in eisdem literis agitur mentio. De reliquis etiam occurrentibus remansimus informati, vestramque diligentiam et prudentiam commendamus, volentes, quod detis operam adeundi presentiam Regie Majestatis Hungarie, congratulando vos nomine nostro de successibus suis, quos profecto, pro nostra singulari benivolentia in Celsitudinem Suam, gratissimos habuimus, utendoque circa hoc illis bonis et utilibus verbis, que ad patefaciendum hunc optimum animum nostrum expedire noveritis.

Per easdem litteras vestras intelleximus requisitionem, quam dicitis, factam fuisse nomine Turco, illi Serenissimo Domino Regi, de salvoconducto concedendo duobus ejus Oratoribus, pro tractatu pacis et denegationem prefati Regis et etc. Et commendata solertia vestra pro hujusmodi advisatione, dicimus, videri nobis Majestatem Suam prudenter deliberasse, et merito judicasse idem, quod nos continue judicavimus, qui per diversas vias tentati, et requisiti de pace ab eodem Turco, et per viam Cancellarij Bajuli nostri Constantinopolis anno superiore, postea per viam Grecie, et impresentiarum per viam Albanie, et per medium Scanderbegi semper judicavimus et judicamus, has esse artes, et cautos modos Turci, non ad finem pacis, sed pro melius satisfaciendo libidini sue. Et semper, quod aliud momenti haberemus in dicta materia, que Majestati Sue, et nobis comunis est, cum eadem Majestate immediate communicaremus, tenentes indubie eandem Majestatem ratione predicta, erga nos illud idem esse facturam.

Post hec alias literas vestras accepimus datas XXVII. Novembris, et secundo Decembris, quibus inter cetera intelleximus exercitum Serenissimi Regis Hungarie, ob incomoda passa, ob temporum acerbitatem, et propter alios necessarios respectus, ab oppugnatione Castri Suvernich discessisse, quam rem nonnisi prudenter et cum bona deliberatione per Serenitatem Suam factam tenemus, obstantibus presertim hyeme, et alijs necessitatibus antedictis: id ipsum etiam, sicut nuper accepimus, in Amorea gentibus nostris evenit, que contra arcem Misithiarum castrametate erant, et ab incommodis coacte, absque tamen alia lesione se ab illa impresia dimoverunt, de quibus omnibus volumus, quod Majestati Sue noticiam detis, illis pertinentibus verbis, que vobis videbuntur.

+ 133 — 26 — 5.

(Velenczei államkönyv 58. l.)

187.

1464. A velenczei államtanács magyarországi követét a török békeajánlatáról tudósitja.

MCCCCLXIIII. die XXIX. Januarij.

Oratori nostro ad Serenissimum Regem Hungarie.

3 Sapientes Consilij
3 » t. f.
1 » Ordinum

Scripsimus vobis sub die XIII. presentis in responsionem vestrarum, et inter cetera diximus, quod diversis modis tentati fueramus de pace cum Turco, *) et presertim per medium Domini Scanderbegi, et quod suspicione non carebamus, quod iste essent de consuetis astutijs, et fallacijs Turci, quoque de hoc noticiam daretis, sicut affectioni et unioni nostre convenit Regie Serenitati Hungarie, cui etiam siquid ultra haberemus, id significaremus, quemadmodum tenemus eam pari animo erga nos semper esse facturam, sequentes itaque hoc institutum nostrum, volumus et mandamus vobis cum

*) Amarbei nagy vezir vala az ajánlattevő.

nostro Consilio Rogatorum, quod adeatis presentiam Serenitati Sue, dicendo sibi, quod per viam Orientis, novissime etiam diversis modis requisiti sumus de hac pace, et presertim per medium Magnifici Domini Leonardi Despoti de Sancta Maura. Et quamquam, ut diximus, dubitandum sit, de artibus hostis istius; considerato tamen, quod tot modis, et medijs, nos de re ista tentari fecit: forsitan esse potest, quod revera cupidus est, devenire ad pacem; unde, ut magis ultra verum intelligi possit, et etiam respectu persone prefati Domini Sancte Maure, licet hactenus alicui requisitioni nobis facte voluerimus aures accomodare, melius esse existimavimus, respondere sibi post generalia, quod quando Turcus tales conditiones pacis offeret, que non solum omnem occasionem, et materiam injuriarum, et bello tollant, sed etiam habeant rationem dignitatis et lige inter Serenitatem Suam et nos vigentis, ac etiam aliorum principum christianorum, tunc cum Majestate Sua ei respondebimus, de qua re cum simus cum Regia Majestate sua indissolubili charitate, benivolentia, et foedere conjuncti, et perpetuis temporibus esse intendamus: statuimus Serenitati Sue dare noticiam, et si quid ultra in futurum habebimus, id pro consueto more nostro Majestati Sue notum faciemus. De quanto autem habebitis a Serenitate Sua, subito reddetis nos vestris litteris certiores.

+	73 — 95.
De non	10 —
Non sinceri	17 — 24.

(Velenczei államkönyv 62. l.)

188.

1464. A velenczei köztársaság Bembo Ferencz tengernagyot megbizza a török által ajánlott béke tárgyalásával.

MCCCCLXIV. die 31. Januarii.

Quomodo ex iis, que diversis modis, sed presertim a Domino Despota Sancti Maure nuper habita sunt etc.......

(A többi elmaradt. — Velenczei államkönyv 64. l.)

189.

1464. A velenczei államtanács tudatja követével, hogy a milánói fejedelem leányát kínálja Mátyás királynak, valamint hogy Ferdinand király is hasonló szándékban van, egyszersmind a törökkeli béke tárgyában tisztázza magát.

MCCCCLXIIII. die XVII. Februarij.

Ser Joanni Aimo militi, Oratori nostro ad Serenissimum Regem Hungarie.

4 Sapientes Consilij
4 » t. f.
2 » Ordinum

Ut de ijs, que ad nostri noticiam deducta sunt, provisum vos faciamus, nuntiamus vobis Ducem Mediolani mittere instituisse ad Serenissimum Dominum Regem Hungarie, quendam Magistrum Antonium Griffum Phisicum, qui ad partes illas impresentiarum proficiscitur, cum quodam Consiliario ipsius Regie Majestatis, qui hinc transitum fecit, cujus nomen est D. Benedictus miles. Et sicut accepimus, idem Magister Ambrosius *) offeret quandam filiam dicti Ducis in uxorem Serenissimo Regi, cujus imaginem tractam a naturali secum defert. Referre etiam debet, quod nos facturi sumus pacem cum Turco, excludendo ab ea prefatum Regem, que res quantum a veritate aliena sit, preterite et moderne littere nostre ad vos scripte, et affectio, et vera unio nostra, cum Serenitate Sua, certissimum afferunt testimonium. Et quanquam certi sumus Majestatem Suam pro ejus equitate et bonitate, proque mutua charitate inter nos vigente, ejusmodi non veris relationibus nullam fidem prestituram esse, voluimus tamen de hoc conscium vos reddere, ut possitis, se conferentes istuc dicto Magistro Ambrosio, caute et prudenter investigare rem istam, et ubi opus erit, declarare sinceritatem animi nostri, ac benivolentiam et integerrimam dispositionem nostram erga Serenitatem Suam, et etiam obviare scrupulis, et inconvenientijs, que ob id machinari vellent. Hanc

---

*) Fölebb Antonius-nak neveztetik, melyik név áll — ?

autem materiam tenebitis secretissimam apud vos, nec quicquam in ea agetis, nisi — sicut diximus — prefatus nuntius Ducis istuc se conferret.

+ 70 — 4 — 8.

3 Sapientes t. f. | Advisamus preterea vos Serenissimum D. Ferdinandum Regem, per ea, que cuidam nostro Secretario per quendam ejus Secretarium dici fecit, desiderare, facere matrimonium cum isto Serenissimo Domino Rege Hungarie, et per eundem Regium Secretarium, nomine, ut ipse dixit ipsius Regie Majestatis de opera et interpositione nostra requisiti sumus, operam ipsam et interpositionem nostram prompte offerri fecimus per ipsum Secretarium nostrum, et ab Sua Majestate responsum expectamus, quo habito, vobis dabimus particulariorem noticiam. Hoc autem, quod vobis allatum est, ita vobis declaratum volumus, sicut nos id habuimus, volentes, quod cum illis verbis, que vobis apta visa fuerint, notificetis isti Serenissimo Regi, cum quo ad officium nostre benevolentie pertinere judicamus quecunque occurrunt, qualiacunque sint, communicare.

+ 4.

(Velenczei államkönyv I. 69. l.)

190.

1464. A velenczei államtanács követe által Mátyás királynak a török elleni hadra 10 ezer frtot és lőport igér.

MCCCCLXIIII. die XVII. Februarij.

Ser Joanni Aimo, militi, Oratori nostro in Hungaria.

2 Sapientes Consilij
1 » t. f. | Per presentem cursorem reddite sunt nobis littere vestre dierum XXIII. Decembris, XIX. et XXI. Januarij prope decursi, plurima continentes, pro quibus omnibus consuetam vestram prudentiam et diligentiam commendamus. Inter cetera autem intelleximus, quantum scribitis, de efficaci instantia vobis facta, no-

mine Regie Majestatis Hungarie, circa suffragium pecuniarium sibi exhibendarum, ut expedire possit nonnullas gentes mittendas in Bossinam, propter pericula, que illi provincie contingere possunt, nisi provideatur; quamobrem suadetis, et commemoratis nobis, nonnisi multam conferre posse, quod darentur de presenti Majestati Sue floreni X millia. Nos autem, licet consideremus maximas, gravissimasque impensas, quibus diversis modis impliciti sumus, ita, ut profecto omnem metam excedant, affecti tamen Regie Serenitati Sue, cupidique pro nostra in eam singulari benivolentia, et mutua unione, sibi complacere posse: contenti sumus providere Majestati Sue de florenis X millibus, ut rebus illis Bossine melius uberiusque opem ferre possit, de qua re volumus, ut quamprimum Serenitati Sue illis bonis, utilibus, et accomodatis verbis, que vestre prudentie videbuntur, noticiam detis, intelligetisque locum ad quem missuri sumus pecunias istas, et de quanto habebitis, nos certiores facietis, ut missioni earum pecuniarum operam dare possimus.

Intellectis iis, que scripsistis nobis, gubernatorem Bossine dixisse vobis, de barilibus centum pulveris a bombarda sibi dandis in Sibinico, que jussimus alias etiam sibi dari, rursum scripsimus Comiti Sibinici, quod si hactenus nuntio prefati gubernatoris non tradidisset dicta barilia centum pulveris: ea ad omnimodam ejus requisitionem nuntio suo libere consignari faciat.

+ 90 — 9 — 4.

(Velenczei államkönyv I. 69. l.)

191.

1465. A velenczei államtanács Frangepán Istvánt pártfogásába veszi.

MCCCCLXV. die primo Martij.

Sapientes Consilij et » t. f.	Multam instantiam fieri fecit apud nos per ejus Oratorem Ill. Dominus

Dux Mutine, ut in protectionem nostram suscipere dignemur Magnificum Comitem Stephanum de Frangepanibus*) Segne, olim sororium suum, et unum ejus filium, nepotem prefati Domini Ducis, ex condam Domina Isota sorore sua, cui Domino in re hac complacendum est, attenta presertim vetere nostra dilectione in domum de Frangepanibus, et devotione ejusdem domus in dominium nostram, et attento, quod idem Comes Stephanus habet in maribus multos passus Modrusie, et alia loca, que pro nobis non faceret, ut aliter capitarent. Vadit pars: quod prefatus Comes Stephanus et predictus ejus filius accipiatur in nostram protectionem, cum modis et conditionibus consuetis in similibus, excepta tamen semper Corona Hungarie; et supradicto Oratori respondeatur, grate et humaniter nos in complacenciam ejusdem Ill. Ducis, contentos esse id facere, cum illis bonis et dulcibus verbis, que Domini videbuntur.

+ 108 — 3 — 2.

(Velenczei államkönyv 71. l.)

---

*) A hatalmas Frangepán Istvánnak itt nevezett neje Isota vagy Iscota, Miklós Esthei markgrófnak leánya volt és még 1456-ban halt meg sírirata szerint, Wagnernál Dec. II. p. 33.

192.

1465. A velenczei államtanács haza kivánkozó magyarországi követének Aymo Jánosnak kérelmét elhalasztja.

MCCCCLXV. die XIII. Martij.

Serenissimus Dominus Dux 1 Sap. t. f. 1 Sapiens Ordinum	Quanta instantia vir nobilis Joannes Aimo miles, qui jam per biennium stetit Ora-

tor noster apud Serenissimum Regem Hungarie, petierit, et impresentiarum petat licentiam repatriandi, ex litteris suis lectis huic Consilio intelligi potest; quantum vero honestum, et conveniens sit, quod a modo peticio hec sua exaudiatur, maxime ex ijs, qua etiam scribuntur circa hoc nostro Dominio per prefatum Regem, et etiam per ipsum Oratorem nostrum, de adventu Oratorum ipsius Regis in Italiam: omnes comprehendere possunt. Propterea vadit pars: quod eligatur de presenti per scrutinium in isto Consilio unus noster honorabilis Orator ad prefatum Regem, qui possit eligi de omni loco et officio et ect.

\+ 110 — 0 — 0.

Sapientes Consilij et Sapientes t. f. excepto Ser Vitale Lando Doctore	Quod supersederi debeat electio Oratoris ad Serenissimum Regem Hungarie, usque ad adventum huc Oratorum Regie Majestatis Hun-

garie, qui recesserunt ex Buda XX. Februarij, et hic dietim expectantur.

De parte 59.

(Velenczei államkönyv 75. l.)

193.

1465. A velenczei államtanács magyarországi követének Aymo Jánosnak a hazatérést megengedi.

MCCCCLXV. die XXIX. Martij.

1 Consiliarius 4 Sapientes t. f. 1 Sapiens Consilij	Quod scribatur et mandetur viro nobili Joanni Aimo militi, qui jam annis duobus stetit orator noster apud

Serenissimum Regem Hungarie, quod postquam venit cum Oratoribus Regis ejusdem usque prope patriam Forojulij, ex causis scriptis per eum, contenti sumus, quod conferat se ad nos cum Oratoribus antedictis, post ejus appulsum Consilium istud de eo disponere, et deliberare poterit, quantum sibi videbitur.

+ 78 — 81 — 7 — 17 — 16.

2 Sapientes Consilij | Quod scribatur et mandetur Viro Nobili Ser Joanni Aimo militi, Oratori nostro, quod redire debeat ad nostram presentiam, verum ex nunc captum sit, quod idem Orator committatur Advocatoribus nostris Comunis.

De parte — 62 — 64.

(Velenczei államkönyv 76. l.)

194.

1465. A velenczei államtanács Aymo János követe által értesiti Mátyás királyt, hogy Rómába küldendő követeit szivesen fogadandja és velök Sanudo Ferencz követét küldendi, továbbá a görczi gróf által kapott ezüstről és a clissai ügyről utasitja.

MCCCCLXV. die XIIII. Martij.

Ser Joanni Aimo militi, Oratori nostro ad Serenissimum Regem Hungarie.

Sapientes Consilij et » t. f.	Delate sunt nobis litere vestre dierum XVIII. XX. et XXII. Februarij

prope preteriti, et cum eis simul accepimus litteras Regie Serenitatis Hungarie. Quid autem post susceptionem literarum nostrarum, diei presertim XXX. Januarij preteriti pro exequendis mandatis nostris apud Majestatem Suam facere studueritis, et quid in rebus Turcorum, pro quibus Serenitas Sua in Italiam et ad nos, successiveque ad R. Pontificem mittere constituit Oratores suos, cum pleno mandato; circa ea omnia, que in vestris litteris seriose caventur, intelleximus optime, prudentiamque, studium et diligentiam vestram laudamus, et magnopere commendamus. Ad litteras autem ipsius Serenissimi Regis pertinentes respondere curavimus per litteras nostras presentibus alligatas, quarum exemplum, ad informationem vestram vobis mittimus his implicitum, volentes et mandantes vobis cum nostro Consilio Rogatorum, quod literas ipsas quamprimum Majestati Sue exhibeatis, cum illis bonis, accomodatis et affectuosis verbis, circa effectum litterarum, quas ad Serenitatem Suam scribimus, que noveritis expedire, dicendoque sibi, quod de colloquijs per vos habitis cum Majestate Sua, dedistis nobis per litteras vestras plenam noticiam, sicut ad officium et debitum vestrum pertinet, ostendetisque et patefacietis sibi affectionem et optimam dispositionem nostram erga Serenitatem Suam, cum qua constanter in bona unione et foedere nostro perseveraturi sumus; Oratores quoque, quos ad nos, et successive ad Pontificem Maximum Serenitas Sua mittere statuit, libenter videbimus, et pro nostra affectione in Majestatem Suam gratissime suscipiemus, qui nulla ex parte defuturi sumus eorum omnium, que splendori, comodis, et glorie sue conducere possint. Intellecta instantia, quam vobis facitis, ut patriam repetere possitis: operam omnem adhibuimus, eligendi unum Oratorem loco vestri, qui est Vir Nobilis Franciscus Sanudo, eumque speramus, infra breves dies hinc expedire.

+ 110 — 0 — 0.

Intelleximus, quantum scripsistis nobis de argento accepto per Comitem Goritie illi subdito Regie Majestatis Hungarie, in qua re etiam Sua Serenitas per ejus litteras ad nos scripsit. Nos, qui affecti sumus Serenissimo Regi, cupimusque sibi in cunctis possibilibus morem gerere, fecimus et libenter

facturi sumus in re ista, quicquid a nobis fieri poterit, cumque idem comes sit de proximo huc personaliter venturus, secum erimus super hoc, et nihil pretermittemus, ut intentio prefati Serenissimi Regis locum habeat.

Preterea, quid innovaverit contra subditos Sibinici Bannissa Clisse, videbitis per litteras Comitis nostri Sibinici, quarum exemplum mittimus his implicitum, volentes, quod super hoc quamprimum sitis cum Serenissimo Rege, gravando rem istam illis convenientibus verbis, que noveritis expedire, et dando operam, quod Regia Majestas mandet Bannisse predicte, quod omnino restituat animalia, que tanta violentia et injuria accipi fecit; quomodo si id tandem facere recusabit, excusati erimus, si honori nostro, et indemnitati nostrorum aliter providebimus.

(Velenczei államkönyv 75. l.)

195.

1465. A velenczei államtanács Mátyás királynak a törökök fondorlatairól nyilvánitott nézeteit helyesli.

MCCCCLXV. die XXIIII. Martij.

Serenissimo Regi Hungarie.

Sapientes Consilij
Sapientes t. f. et
Nicolaus Trivisano
Sapiens Ordinum

Si que contigent Serenissime Rex, que amicitie et affectioni inter nos vigenti spectare possint, gratissimum vobis est, maximopereque laudandum ducimus, ut utrinque omni mentis sinceritate communicentur, quemadmodum literis suis diei XVIII. Februarij novissime nobis redditis, eam fecisse novimus; nos quoque, si medio Viri Nobilis, Joannis Aimo militis, quem dudum apud Serenitatem Vestram Legationis munere tenuimus, sibi nuntiari fecimus, que de pace cum Turco, diversis modis, ex partibus Orientis, et demum per viam Domini Leonardi de Sancta Maura nobis promota sunt, profecto et mutuo amori, et bone unioni nostre satisfecisse existimamus; quandoquidem, sicut

sumus invicem precipua charitate, federeque conjuncti, ita decens sit, ita omni officio consentaneum, ut pro comuni bono omnia simul consultanda, decernendaque veniant. Neque alieni sumus a sapientissimo judicio Regie Serenitatis Vestre, sicuti etiam sepe scripsimus, et per Oratorem ipsum nostrum Majestati Vestre dici fecisse recordamur, quod ad dolos, et fraudes hostis istius, quem diu jam machinationum ejusmodi artificem optimum esse scimus, plurimum advertendum sit; at persuademus nobis, proculdubioque tenemus, ut cum fallacie iste Sue Serenitati Vestre ac nobis, diversis rerum preteritarum documentis perspecte sint: nihil eas hosti ipso profuturas esse, Majestatique Vestre et nobis nihil omnino nocituras, qui sicut sumus amore indissolubili, federeque devincti, ita in eo constanter perseveraturi sumus. Quid autem scripserit nobis Vestra Serenitas circa adventum Oratorum suorum in Italiam, et ad nos, ut inde ad Pontificem Maximum proficiscantur, intelleximus optime; Orator quoque noster circa materiam istam nonnulla litteris suis nobis significavit, videbimus perlibenter Legatos ipsos Majestatis Vestre ac grato animo eos suscipiemus, neque ulla ex parte defuturi sumus eorum omnium, que decus et amplitudinem Serenitatis Vestre conspicere possent.

+ 172 — 0 — 4.

(Velenczei államkönyv 74. l.)

196.

1465. Gerardus de Collis követi tudósitása a milánói fejedelemhez a velenczei államügyekről, közben a magyarországi követségről.

Illustrissime Princeps, ac Excellentissime Domine, Domine mi Singularissime.

Ali VII. de questo ho receuto una de Vostra Illustrissima Signoria con una copia del bayli de Lion, continente distinctamente le novelle de Franza, como sono passate quelle

cosse de la, le quale ho facto intendre a questa Illustrissima Signoria, la qual somamente rengratia Vostra Celsitudine de li advisi li, da continuamente de le occurrentie de la.

Illustrissimo Signor ritrovandomi a parlare con lo Principo ala messa, me ha rasonato de piu cosse, prima dice che ano hauto gratissimo quella lettera, che scripsi l'altro giorno Vostra Excellentia de quelle humane e dolze parole usate per Vostra Excellentia verso loro, et dice, che la prefata V. Excellentia fa bene a far cusi, e che luy lo Principe he senpre stato deffensore de Vostra Excellentia in omni luocho, dove he bisognato, e che la prefata Vostra Celsitudine sa meglio vivre con questa loro Signoria, che non feceva lo Ducha Filipo, e chel conforta la prefata Signoria Vestra a cusi fare, perche questa Signoria he inmortale, e che i Dio la governa, e chel sia vero lo Re de Franza, che voleva far tante cosse, e che non voleva odir nominar alcun Veneciano, vede in che modo ydio la castigato, nuy speramo, che similiter deba fare alo Turcho, che quando non si na vedaremo, havera qualche bastonata, io li resposi, quanto bisognava, che steseno si sicuri de V. Celsitudine, quanto fa il padre sicuro del bono figlolo.

Per mie de IV. de questo V. Excellentia he stata advisata a conpimento de le occurentie de qua, ali V. viene lettere a questa Signoria dal canto da mare non topo bone, che essando andato lo Capitanio con l'armata nel strecto de Galipoli, quando fu per passare al Dardanelo, lo Capitanio mando V. galie per temptar la via la prima, che si misse a passare, fu forata da tre colpi de bombarda, e fu afondata e anegotuti quelli erano suso, ale altre fu ferito piu de XL homini, et per pagura sono tornate adreto vedando lo pericolo, che era nel passare, e quando bene fusero passate, si dice, non harebeno potuto nocere a quello paese, perche tute le ripe del strecto erano fornite de gented'arme turchi. In la morea si dice, che e venuto da seymila turchi de novo, questa brigata me pare fatia pocha extima de quelle cosse, de la ne gli fano le provisione oportune, salvo che de presenti li mandano al Signor Sigismondo cavali II cento voydi per metre a cavalo quelle gente, che sono a pedi; item li mandano ducati dua milla de drapi per vestire la fameglia de dicto Signor Sigismondo, quali

luy ha domandato gia gran tempo, li Ambassatori de Ungaria si aspectano domane, con li quali viene Messer Johanne Emo, et licet la prefata Signoria habia facto electione de piu persone, per mandare uno Ambassatore al dicto Re de Ungaria, fin qua non hano trovato, che li voglia andare, credo che caduno vede, che la inpresa contro esso Turcho per parte essa Signoria si refreda e pero non li vogliano andare.

Le cosse de a Rimini credo, che V. Excellentia le intenda meglio per altra via, pur adviso V. Excellentia, che questa Signoria fa quante careze la po a Madona Ysotta et a quello populo, e dove prima non li voleva dare la tracta de formento etiam de venire de la Marcha ne Romagna, adesso gli ne-mandano de li magazeni de la Signoria e dove vale Lire VIII lo staro qua, lo fano vendre ad a Rimini VI. La Signoria porta questo interesse per amicarsi quello populo, item a Madona Ysotta li ano adesso dato dinari per fare gented'arme e fanti in modo, chel si extima, chè quella terra stia a sua posta, dato chio creda, che non si discopireano, si altro non acadese in la persona del Signor Sigismondo.

De Bartolomeo da Bergamo si dice, che per niuno modo si vole reformare piu con la Signoria, dice ben, chel vole essere senpre ali comandi de essa; ma chel vole licentia adesso per far di facti, per quelli, che intendeno, si extima, che queste siano tute arte, che fa la Signoria con lo Papa, per mandare a Bologna per tore via, li quello passo qual pare, che marcha tropo bene per la Maesta del Re Ferando Signori Firentini e V. Excellentia e si extima, che la reforma ho partita, de Bartolomeo stara cusi coperta, fin che si sapia, como fara lo Marchesi di Mantua con V. Excellentia, sil se firmera con essa V. Celsitudine, ho non questo e quanto ne posso cavare per extima de molti. V. Excellentia li dara me quella fede, li parera conveniente. De la peste, como ho scripto al Consiglio, qua non si ne dice piu niente, ne si ne da, ne notta ne scripto, item Padua secondo intendo da Marcho Ysela habitator, li sta bene. Me ricomando senpre a Vostra Celsitudine. Venetia die VIII. Aprilis 1465.

E. V. Ill. Exc. fidelissimus Servus
Gerardus de Collis.

Postscripta. Ogi in rialto he stato dicto publicamente, che Bartolomeo Cogliono he contro con la Chiesa, e debe andare ala inpresa de Bologna; et che lo Marchesi di Mantua he contro con questa Illustrissima Signoria, non so pero quello, chio ne creda, perche quando il fuse vero. La Signoria a mio parere me narebe dicto alcuna cossa per loro justificatione, che in verita li bisognara usare grande justificatione in excusarsi, che questo non sia facto de loro volunta, si pur facto he, datum ut in litteris.

Idem Gerardus de Collis.

Illustrissimo Principi ac Excellentissimo D. D. Duci Mediolani etc.

(Milánói állam ltár.)

197.

1465. A velenczei államtanács Mátyás királynak a pápához küldött követeit előzékenységgel fogadja, és czéljok sikerével biztatja.

MCCCCLXV. die XVI. Aprilis.

Sapientes Consilij et
» t. f.

Quod Reverendo patri Domino Episcopo Quinque Ecclesiarum ac Magnifico Domino Joanni de Rozgon, primarijs Consiliarijs, et Oratoribus Serenissimi Domini Regis Hungarie, qui venerunt ad presentiam nostram, et exposuerunt ea, que per Serenissimum Dominum Ducem huic Consilio explicata sunt, respondeatur:

Quod perjucundo animo intelligimus, quantum R. Paternitas et Dominationes Sue, nobis parte Regie Serenitatis Hungarie prudentissime et elegantissime nuntiarunt; agimus in primis Majestati Sue pro humanis verbis et affectuosis oblationibus suis, quas procedere certi sumus ab amore precipuo, quo nos prosequatur Sua Serenitas, tantas gratias, quantas animus noster capere potest; neque ad cumulum amicitie et indissolubilis charitatis nostre in Serenitatem Suam opus esse

putamus longiorem nos orationem complecti, quandoquidem omnes prosperos ejus successus, omne decus, gloriam et amplitudinem suam non minus, quam propriam cupiamus. Intelleximus quoque gratissime optimas conditiones Regni sui, unionemque procerum suorum, et quod habundet militibus; audivimus etiam perlibenter, quod res Turci perfidi hostis in declinatione sint, pro quibus omnibus Majestati Sue congratulamur. Nec satis eam laudare possimus pro optimo proposito, et ardenti desiderio suo ad magnanime propulsandum accerrimum hunc persecutorem nominis christiani, ex quo in celis eterna premia, in terris vero immortalem gloriam consecutura est.

At quomodo, ut ipsi Domini Oratores retulerunt nobis, Regia Majestas intelligere expectat literis suis, quo nomine et qua spe, impresiam istam prosecutura sit, et quid potentatus facturi sint, et in specie Dominium nostrum: dicimus, quod existimamus, non multum opus esse, patefacere promptitudinem animi nostri, nostrumque desiderium ad rem istam, quomodo ab ipsa experientia magistra rerum, id potuit plane intelligere. Tenuimus hoc superiori tempore, ob hanc specialem causam apud S. Pontificem Legationem nostram, nihil studij, nihil diligentie pretermisimus pro favore et desiderato effectu hujus rei. Noviterque etiam misimus ob id ad B. Suam Oratorem nostrum. Pontifex Maximus, qui non potuisset, nec posset melius esse dispositus ad rem istam, vocavit jam pridem ad se ob hanc causam Oratores potentatuum Italie, estque res ista per Dei clementiam ad bonos terminos constituta. Cumque ipsi Domini Oratores principaliter ad Rom. Pontificem designati sint, veluti ad supremum caput christianorum, hortamur Dominationes Suas, ut ad B. Suam proficiscantur, apud quam certi sumus, omnia eos facile consecuturos esse, que convenienter, et eque impetrari possint, quomodo, ut diximus omnia jam bene disposita sunt, eritque istic continue noster Orator, qui nullum studium, nullam operam pretermittet, ut comunibus suis et nostris desiderijs satisfiat; nos quoque ex nunc dicimus, quod ultra ea, que tam mari, quam terra fecimus, et facimus contra hunc hostem, parati semper sumus pro Serenitate Sua, et pro sancta hac expeditione facere

promptis animis, quicquid a nobis fieri possit, sicut ab ipsis effectibus ostendemus.

\+ 141 — 12 — 0.

(Velenczei államkönyv 79. l.)

198.

1465. A velenczei államtanács Aymo János magyarországi követét Mátyás király követeinek Rómába leendő kisérőjéül rendeli.

MCCCCLXV. die XX. Aprilis.

Sapientes t. f. et Consilij | Quod missio viri nobilis Joannis Aimo, militis Romam, cum Oratoribus Serenissimi Regis Hungarie, justificari et honestari debeat, cum dispositione rerum jam practicatarum, et quia accessus ipsius Ser Joannis ex decentibus et bonis respectibus esset potius damnosus, quam utilis, et quia etiam sicut ipsis Oratoribus dictum est, misimus nuper ad Summum Pontificem Oratorem nostrum specialiter ob hanc causam, cujus opera, et continuum studium non deerit eis, in omnibus, que fuerint opportuna.

\+ 136 — 2 — 3.

Ser Nicolaus Trevisano Sapiens Ordinum | Non per litteras solum huic Consilio pridie recitatas, verum etiam per Oratores suos nos magnopere requirit Serenissimus Hungarie Rex, ut nobilem virum Joanem Aimum, qui apud Serenitatem Suam Orator noster per biennium stetit, rebusque omnibus per eum gestis interfuit, deque conditionibus partium ipsarum optime instructus et informatus est, cum Oratoribus suis, ad Summum Pontificem mittere velimus, testis, adjutor eorum omnium, que expadituri, et a B. Sua supplicaturi sunt, pro favore et subsidio sancte expeditionis adversus impium Turchum, conveniatque confederationi, mutueque benivolentie nostre, in hac re honesta, convenientique Sue Serenitati morem gerere, potissimum pro ut litate hujusmodi confederationis

nostre. Vadit pars: quod mandetur eidem Ser Joanni, ut cum ipsis Oratoribus ad Romanum Pontificem se conferat.

De parte 18.

(Velenczei államkönyv 79. l.)

199.

1465. Gerardus de Collis követi jelentése a milánói fejedelemhez a velenczei állam ügyekről.

Illustrissime Princeps ac Excellentissime Domine, Domine mi Singularissime.

A die XII. de questo ho receuto una de V. Illustrissima Signoria, et insema una copia de Messer Albrico, continente le novelle de Franza etc. Io ne ho dato notitia a questa Illustrissima Signoria, la qual infinite volte rengratia V. Celsitudine de li continuy advisi, gli da de omni occurentia et confortano V. Excellentia a cusi fare per l'avenire; perche dichano, che meglio intendano la verita de quelle cosse de Franza per via de V. Excellentia, che non per alcuna altra. Et questo credo, — dichano, — perche hano littere da Brugia, como Monsignor Charlois dato, che fuse in differentia con lo patre, nondimancho havea presso lo governo de tuti li paesi in se, et acumulava gente d'arme, et che de la si teneva fermo, chel fuse con la liga contraria alo Re de Franza; item ano lettere dal Ducha Johane de Lorena, che luy adunava gente, e che era ellecto Capitanio generale de li rebeli de esso Re, et tamen le lettere de Messer Albrico dichano altramente, maxime de Monsignor Charlois, lo qual tenendo con lo Re, ho stagando de mezo, loro extimano certamente, chel Re debia remaneri vincitore, et in brevi tempo. Qua he venuta novella certa da Constantinopoli, che lo Turcho ha messo in poncto LXX galie fornite de gente d'arme, munitione, e quanto bisogna, e dicese, che vol venire con dicte galie fora del strecto de Romania, per andare nel golfo de la giaza in la Natalia, qual confina con la ysola de Roddi de dreto, per far guerra

al Carimano, lo qual ha inteso haver facto liga con questa Signoria contro esso Turcho.

Questa brigata he stata questi giorni in varij consigli, omni giorno fecevano consiglio de li X, con la zonta, e questo perche per la via del loro baylo da Constantinopoli, item per quello Signor de Sancta Maura haveano trama de pace con lo turcho, ala qual pace la maior parte consentiva si per essere strachi de quella inpresa, vedando non poter offendere lo Turcho, ne da mare, ne da terra; item perche in vero li grava la spesa, et dichano publicamente, che loro sono solli al spendre, et che loro sono stati casone de inborsare de molti dinari ali Signori de Christiani, quali ano reschoso dinari da li loro populi secondo pretextu de questa inpresa, e poy si li ano inborsati a loro utilita. Essando loro in tali varij penssieri, chi voleva la pace, e chi non, per che altri ano parere, che may si poterano fidare del Turcho, anchor che habiano la pace e sarali necessario stare sopra grande spesa, maxime da mare, he sopra zonto Messer Jeronimo Barbarico e Messer Triadano Grita da Roma, quali ano dicto, como la Papa omnino vole attendere a questa inpresa, e vole exbursare al presenti ducati cento miglia, quali ha aparichiati, et per parte de dicto Papa ano confortato la brigata ad sequitare la inpresa, et dicto Papa li da bona speranza, che le altre Potentie, maxime de Ytalia, anchor loro darano adiuto ala dicta inpresa; quindi si extima, che per questo anno lasserano da canto la pace e starano ad vedere, como le cosse passarano, non credo pero spendarano tanti dinari, como hano facto l'ano passato.

Ali Ambassatori del Re de Ungaria hano risposto, che loro senpre sono aparichiati fare lo debito suo, chi vadeno ad Roma et faciano, che lo Papa solicita le altre Potentie de Ytalia, et havendo dicti Ambassatori replicato, che almancho provedesino ali ducati V mille lo mese, ali quali sono obligati dare a esso Re, per capituli de la liga, liano risposto, che li soy senpre sono aparichiati, che confortano pur li altri a fare dal canto suo et con queste parole generale li ano spazati; si crede, che non exbursando dinari li altri Signori, anchor loro non vorano piu spendre in Ungaria, ne fin qua hano

facto altra ellectione de Ambassatore, che vada a stare con esso Re de Ungaria, como solevano fare anzi Messer Johane e mo ritornato.

Ano spazato una galia sobtile, che porta Messer Jacomo Barbarico, providedor in la Morea, in luocho de Messer Andrea Dandalo; e mandano pur in dicta Morea alcun dinari per interteneri quella pocha gented'arme glie restata, qual e qui reducta ad nichilum, et tuta via vano manchando per la peste grandissima he in quelle parte a Corona, Modono, Corfu Napoli, de Romania, e per tuto la Morea.

Sono etiam stati in varij pensieri de Bartolomeo Coliono, et ano fato fama, che luy omnino vole licentia, et ano mostrato dubitare, che luy non si gli revoltasi contro loro a farli guerra; ma io ho senpre extimato, che tute queste siano arte, facte de loro conscentimento, e che lo stare, ho partire de Bartolomeo, si adaptara sesondo, che la brigata fara ho pace ho guerra con lo Turcho, et questa inpresa del Turcho, credo, che infine prepondera, e ne farano piu extima, cha de le cosse de Ytalia, che ad mio judicio non fa per loro, che novita sia in Ytalia. La terra quanto per la peste sta bene, e non si ne fa mentione alcuna. Me ricomando senpre a Vestra Illustrissima Signoria. Venetia die XXII. Aprilis 1465.

E. V. Ill. Exc. fidelissimus Servitor
Gerardus de Collis.

Illustrissimo Principi ac Excellentissimo D. D. Duci Mediolani etc.

(Milánói állam ltár.)

200.

1465. A velenczei államtanács római követét a magyar király követeinek kivánatairól, fogadtatásukról, Róma felé indulásukról és ottan teendő fogadtatásukról tudósitja.

MCCCCLXV. die XXVI. Aprilis.

Ser Nicolao de Canali Doctori, Oratori nostro ad Summum Pontificem.

Sapientes Consilij et
» t. f.

... Post verum a nobis recessum, significamus vobis applicuisse huc R. Patrem Dominum Episcopum Quinque-Ecclesiarum et Magnificum Dominum Joannem de Rozgon, insignes Oratores Serenissimi Regis Hungarie, ut ad Summum Pontificem proficiscantur, fueruntque ipsi ad presentiam nostram, declarantes nobis causam eorum adventus in Italiam, et ad Rom. Pontificem, que principaliter est, ut ipsa Regia Serenitas intelligat, quibus favoribus et presidijs ab ipso Summo Pontifice, et ab alijs Italie potentatibus adversus Turcum perfidum crucis hostem prosequenda sit. Nos autem post generalia ipsis Dominis Oratoribus responsum dedimus, sicut per exemplum his implicitum seriosius videre poteritis, licetque apud nos maximam instantiam fecerint, volendi intelligere a nobis in particulari rem istam, non tamen visum est nobis habita ratione, ad honorem et dignitatem Rom. Pontificis, qui summum caput et Princeps est christianorum, et cui principaliter ista incumbunt, particularius eis declarare, quecunque hactenus per operam Sue Beatitudinis in hac materia gesta sunt, remittentes omnia ad Sanctitatem Suam, prout decens est, que respondere poterit, et expedire eosdem Oratores, sicut pro immensa sapientia sua, proque conditionibus hujus temporis, et periculis hostis, melius et utilius judicabit. De quibus omnibus, sicut ad officium nostrum pertinet, volumus, quod quamprimum detis noticiam Summo Pontifici, ut de omnibus, sicut nos, certior fiat. Sunt in itinere Oratores ipsi, tenemusque post harum susceptionem, cito eos Romam applicaturos esse, quibus voluimus, quod obviam accedatis, honorando eos, et offer-

rendo vos nomine nostro in omnia dominationibus suis grata et placita; estque mentis nostre, quod tam apud Summum Pontificem, quam aliter, prestetis eis omnem operam vestram, ut intelligant affectionem et amorem nostrum ad Serenissimum Regem Hungarie, quantoque magis contenti, quantoque celerius ab urbe expedientur, tanto melius, tantoque utilius erit.

Et quomodo Regia Majestas, sicut certiores facti sumus, vehementer cupere videtur, quod R. D. Archiepiscopus Colocensis ad dignitatem Cardinalatus promoveatur, contenti sumus, quod captato tempore super hoc sitis cum Rom. Pontifice et illis decentibus et accomodatis verbis, que vestre prudentie videbuntur, commemorabitis Beatitudini Sue rem istam, dequa etiam per X Oratores nostros alias Sanctitati Sue verba fieri fecimus, quantumque maxime his temporibus facit ad propositum christianitatis, et rerum gerendarum contra Turcum, quod Sanctitas Sua se gratam ostendat, et complaceat eidem Serenissimo Regi, qui tantopere promotionem istam desiderare videtur.

+ 128 — 0 — 0.

(Velenczei államkönyv 80. l.)

201.

1465. A velenczei államtanács konstantinápolyi követét a török békeajánlatai tárgyában tudósítja.

MCCCCLXV. die X. Maij.

Ser Paulo Barbadico, Bajulo nostro in Constantinopoli.

1 Consiliarius Sapientes Consilij et » t. f.	Havemo intexo per vestre lettere de XIII. de Febraio, tenute sono a di XVI. la liberation vestra seguita de

ordine del Signor Turco, et le parole usate con con vuj, circa di questo per Mamuth Bassa, la qual liberation ne e stata gratissima, et e de mente nostra, che vuj regratiate el dicto Mamuth Bassa de le humane parole et bone opere sue.

Verum perche inter alia ne scrivete Mamuth Bassa haver monstrado meravigliarse cum vuj de la guerra, senza cason per nuj tolta, commemorando el far de la pace et ect.; simo contenti, che vuj sie cum esso Mamuth Bassa, dicendoli, che come e manifesto, provocadi et astretti devenissemo ad questa guerra cum el Signor Turco, si per la novita fatta contra Argos, come per altre molte violentie, et damni inferidi a luogi et subditi nostri; al presente dicémo, che quando el si promova condition de pace, le qual toja via la occasion, et materia de la guerra; et habia etiam rispecto a la Liga, che nuj havemo con el Serenissimo Re de Hongaria, alhora pertinenter responderemo, et voremo pace bona. De quanto el prefato Mamuth Bassa ve rispondera, ne date adviso per mi bon messo et ect.

De parte — 74.

Ser N. Trivisanus
Sap. Ordinum

Due sunt res potissimum, que huic practice pacis supersedere nos merito cogunt; altera, confoederatio et Liga, quam cum Serenissimo Hungarie Rege habemus; altera, maximum periculum, quod inde facile accidere posset, sicuti quisque per bene considerare potest.

Quamobrem vadit pars, quod hec materia practice pacis differatur, donec habeatur responsio ab Oratore nostro ad Summum Pontificem de intentione Sanctitatis Sue, super materia ducatis C millibus pro sancta expeditione promissorum, ac suprascripto Serenissimo Hungarie Regi dandorum; nam habita ejusmodi informatione huic tanti rei maximi ponderis, periculosissimique accomodatius meliusque consuli, prospicique poterit.

De parte 91.

Capta.

(Velenczei államkönyv 81. l.)

202.

1465. A velenczei államtanács válasza Ferdinand király követének a liga, és Mátyás király házassága tárgyában.

MCCCCLXV. die XXV. Maij.

Quod ad duas particularitates, expositas per Oratorem Serenissimi Regis Ferdinandi, pro quibus sumptus fuit respectus, videlicet, circa intelligentiam inter nos habendam, et circa interpositionem nuptiarum tractandarum inter Majestatem Suam, et Regiam Serenitatem Hungarie, per medium nostrum et ect.; respondeatur:

Quod sumus et per continua tempora esse intendimus, verissimo amore, et singulari benivolentia affecti Serenissimo Domino Regi Fernando, et in omnem gloriam, decus, et amplitudinem suam sumus et reperiemur semper promptissimi, ita, ut teneamus nihil huic mutue affectioni, et charitati nostre superaddi posse, quo fit, ut existimemus attenta etiam universali liga Italie, que valida et firma perdurat, non opus esse alia nova confoederatione et ect.

+ 173 — 17 — 0.

MCCCCLXV. die XXV. Maij.

Sapientes Consilij et » t. f. | Circa partem interpositionis matrimonij et ect. Dicimus, quod ab ipso principio, quo Majestas Sua rem istam nobis commemorari fecit, fuimus et sumus magnopere cupidi Sue Serenitati satisfacere. Accidit autem, quod Orator noster, quem tenebamus apud Serenissimum Regem Hungarie, cum Oratoribus Majestatis Sue in Italiam venit, unde secutum est, quod nullus Orator noster impresentiarum, apud ipsum Serenissimum Regem se reperit.

+ 159 — 17 — 10.

(Velenczei államkönyv 87. l.)

203.

1465. A velenczei államtanács tudósitja római követét a magyar király követeinek küldetése tárgyában.

MCCCCLXV. die XXVII. Maij.

Ser Nicolao de Canali, Doctori, Oratori nostro apud Summum Pontificem.

Sapientes Consitij et
» t. f.

..... Inter cetera vero intelleximus, quantum scribitis, circa expeditionem Oratorum Serenissimi Regis Hungarie, cui Summus Pontifex dare instituerat florenos LVII mille, V centos et respondentes, dicimus, esse mentis nostre, quod sitis super hoc cum B. Sua, agendo sibi gratias circa hoc. Verum examinatis periculosis conditionibus rerum, et temporum occurrentium, et magnis apparatibus Turcorum, quoque res gerende, ut ejus Sanctitas sapientissima optime novit, principaliter consistunt in fortificando Regiam Serenitatem Hungarie, ut potenter possit contra comunem hostem procedere, speramus, et in Sanctitate Sua plane confidimus, quod veluti princeps et pater clementissimus christianorum, contentus erit, cum tempore providere eidem Serenissimo Regi, juxta liberalissimam, magnanimam et christianissimam oblationem factam per B. Suam, ut Rex ipse impresiam sumptam potenter et feliciter continuare possit, sicut salus rerum christianarum, maximopere requirit.

+ 136 — 1 — 1.

(Velenczei államkönyv Doc. III. 87. l.)

204.

1465. A velenczei államtanács határozata a magyar király római követsége iránt.

MCCCCLXV. die VI. Junij.

Quod eligatur de presenti per scrutinium in isto Consilio unus noster nobilis honorabilis Orator ad Serenissimum Regem Hungarie, qui eligi possit de omni loco et officio. Ducat secum equites XVI, in quorum numero sit unus Notarius cum uno famulo, postquam vero Orator ipse steterit sex menses in dicta Legatione, non possit amplius tenere extra; verum si abinde ultra tenebitur, habere debeat a nostro Dominio florenos quinquaginta in mense.

\+ 76 — 2 — 1.

Ser Lud. Foscareno Doctor Cons. | Vult partem suprascriptam per totum, cum hoc, quod de deliberatione antedicta, detur noticia Oratoribus Regie Majestatis Hungarie, quando hic erunt, cum illis verbis, que deliberabuntur per istud Consilium.

De parte 36.

Ser Nicolaus Trivisano Sap. Ordinum | Quod habito respectu literis Oratoris nostri in Romana Curia, lectis huic Consilio, quibus significat Oratores Regie Majestatis Hungarie die XXVIII. mensis preteriti Roma discessisse, ob quam rem tenendum est, quod ad brevissimos dies hic erunt, differatur materia hec ad adventum suum usque, quomodo postea ob ea, que haberi poterunt, consultius et maturius poterit deliberari.

De parte 51—63.

(Velenczei államtanács 90. l.)

205.

1465. A velenczei államtanács válasza a pápától visszatért magyar királyi követeknek a köztársaság által ajánlott hadi segély stb. iránt.

MCCCCLXV. die XV. Junij.

Sapientes Consilij, » t. f. excepto Ser Vitale Lando Doctore et milite.

Quod Oratoribus Serenissimi Domini Regis Hungarie, qui ex Curia redeuntes Dominio exposuerunt ea, que tam apud Summum Pontificem, quam etiam Florentie egerunt, et tandem intelligere queritarunt mentem et intentionem nostram circa subsidia eidem Regi prestanda, et circa personam pueri illius germani Turci, sicut per Serenissimum D. Ducem huic Consilio relatum est; respondeatur:

Nobis maximopere placuisse, quod ab Rom. Pontifice benigne clementerque suscepti, tractati, et expediti fuerint, et similiter pecuniarum subsidium eis jam collatum per Suam Beatitudinem, sed multo magis oblationes ejusdem Sanctitatis, quam ut sapientissimam et clementissimam, ea que promisit, et longe majora pro favore rei christiane facturam imposterum non dubitamus. De Florentinis laudamus plurimum quod R. Paternitas et Magnificencia Sue in Civitate illa dimiserint nuntium suum, pro intelligendo fine rei, neque induci possimus, ut credamus Magnificam illam Comunitatem, ea, quam Summo Pontifici satis prompte promisit, non observaturam.

Quantum vero ad nos attinet, latere Magnificencias Suas non debet id, quod universo orbi non solum manifestum, sed maxime admirabile est, nos scilicet, maximis et pene importabilibus impensis gravari, et non solum numerosissime et munitissime classis, cujus gravedo et impensa tanta est, ut ad illam solum mereremur ab alijs juvari, sed etiam exercituum terrestrium et in Amorea, et in Albania, victualium et munitionum, que certe non solum non credi, sed vix explicari possent. Et quamvis maxime ab his impensis gravaremur, et prememus; coactis tamen omnibus viribus nostris, illi Sere-

nissimo Domino Regi subvenire non destitimus, utque Summus Pontifex laetius, promtiusque ad subsidiandum Majestati predicte inclinaretur, ceterique Italie potentatus facilius exemplo nostro, quos adeo gravatos, et pressos cernerent, inducerentur, optulimus Beatitudini Summi Pontificis, eidem Serenissimo Regi daturos ducatos L millia pro hoc anno, et in promissione predicta nostra perseveramus, non obstantibus supradictis importabilibus impensis nostris. Speramus nempe Majestatem Suam pro Regia virtute et magnanimitate Sua, et pro ejus ardentissima mente, et desiderio de fide, religioneque christiana promerendi, ampliandeque glorie et nominis ejus, additis subsidijs antedictis, omnibus suis viribus fructum ingentissimum rebus christianis, adversus nefandos crucis hostes parituram. Facta ad hanc partem hac responsione, et honestata superioribus verbis, et alijs, que dicenda viderentur, si forte Magnificencie Sue peterent in particulari, quando, et quomodo denarios supradictos daturi sumus. Dicatur illis, quod sicuti consueti sumus facere de alijs denarijs, mittemus Segnam ducatos XV millia, ut cum scorta in Hungariam ad Majestatem predictam conducantur secure. Postea de tempore in tempus satisfacere nitemur, et supplere antedicte nostre promissioni.

Ad partem illius pueri germani Turci, dicatur, quod existimantes presentiam illius apud Serenissimum Regiam Majestatem rebus non nisi conducere posse, laudamus quod Sue Magnificencie illum secum in Hungariam conducant.

De parte 137. (Capta).

Ser Vitale Lando Dr. et miles Sapiens t. f. | Et sic ultra ducatos X m. his proximis diebus missos Segnam et Nuntio Regio consignatos, mittemus etiam de proximo ducatos XV millia, postea vero de tempore in tempus, juxta rerum exigentiam satisfacere, et supplere nitemur antedicte nostre promissioni.

+ 16 — 4 — 5.

(Velenczei államkönyv 92. l.)

206.

1465. A velenczei államtanács határozata a török által ajánlott békekötés tárgyában a magyar király és szövetségesei érdekére vonatkozólag.

MCCCCLXV. die XXII. Junij.

1 Consiliarius 3 Sapientes Consilij 2 » t. f.	Quod pro Oratoribus Serenissimi Domini Regis Hungarie mitti debeat, et illis verbis, que idonea, et materie

accomodata fuerint, dicatur illis:

Quod sicut per Oratorem nostrum, tunc apud Regiam Majestatem existentem, eidem dici fecimus, per diversas vias, et modos a Turco de pace requisiti et tentati fueramus, et existimabamus esse id de consuetis astucijs et fallacijs ejusdem Turci, et propterea aures tot ejus instantijs prius non accomodaveramus, tandem non desistente ipso alias vias, et modos proponende pacis, queritare: respondendum duximus, cum omni reservatione, et respectu honoris et dignitatis Sue Majestatis et nostre, et lige confoederationisque mutue nostre, videlicet, quod quando Turcus ipse tales conditiones pacis offeret, que non solum omnem occasionem et materiam injuriarum, et belli tollerent, sed etiam rationem haberent dignitatis et Lige inter Serenitatem ipsius Serenissimi Domini Regis, et nos, aliorumque christianorum principum, tunc cum eadem Majestate ipsi Turco responderemus. Postea vero secutum est, quod a Bajulo nostro Constantinopolis, circa similem materiam nobis scriptum fuit, cui in simili forma respondimus.

+ 125 — 0 — 7.

(Velenczei államkönyv 96. l.)

207.

1465. A velenczei államtanács válasza a magyar király követeinek a magyar királylyal kötendő szövetség tárgyában.

MCCCCLXV. die XXII. Junij.

Sapientes Consilij » t. f. Ser N. Trivisano Sapiens Ordinum	Quod Oratoribus Serenissimi Domini Regis Hungarie, pro responsione eorum, que huic Consilio relata sunt et pro justificatione partium et ratio-

num nostrarum dicatur, et respondeatur in hac forma:

Quod sicut notum est R. Paternitati et Magnificencie suis, ad ligam, et foedus cum Regia Majestate deveniemus his conditionibus, quod Majestas ipsa ex latere suo, nos vero ex parte nostra, cum omnibus viribus et potentia nostra bellum magnanime inferremus comuni inimico, et nulla est obligatio, ut alter alteri parti subsidium aliquod prestet, nisi modo supradicto. Quid vero nos ex parte nostra fecerimus, faciamusque pro defensione christianorum, oppressioneque hostis, universo orbi est manifestum, nullis nempe pepercimus laboribus, nullis impensis, modo hosti nocere potuerimus, et possimus, cum tanta difficultate, magnitudineque impensarum, ut dictu difficile sit; bellum nempe gerimus cum hoste potentissimo, et robustissimo in ipsis oculis, et visceribus ejus, distanter ab hac Civitate nostra per miliaria ultra 1400, que distantia, ut ipsam belli difficultatem auget, ita majores requirit impensas, adeo, ut memorari, et distingui non possent, et non solum mari, sed etiam terra et pluribus in locis; accedit ad stipendia maxima classis, et copiarum terrestrium incredibilis copia munitionum et victualium, que ex his occidentalibus partibus ad partes Orientis, pro nutrimento tum christianorum populorum, tum etiam classis et copiarum mittere assidue necesse est, ad quas certe impensas substinendas deberent nos reliqui christiani principes juvare. Et tamen hujusmodi laborum et incredibilium impensarum quodamodo obliti, non destitimus, et Summi Pontificis et aliorum Principum christianorum subsidia pro Majestate predicta implorare;

et ipsi quoque nos sponte propria conferre. Novit enim R. Paternitas et Magnificencia Sue, quantum tempore superiori contulerimus, quantumque conferre anno presenti polliciti sumus. Unde nos quantum a nobis non solum fieri debebat, sed et poterat, et vix credi aut expectari verisimile erat: abunde fecisse procul dubio judicare debemus; nec sumus desituri quoad ingenium et vires subministrabunt nostre; et sic speramus, suademus et hortamur Regiam Majestatem predictam, ut pro ejus consueta virtute, et magnanimitate faciat ex latere suo.

Ad partem ducatorum XV millium dabimus eos Magnificenciis suis, priusquam hinc discedant, ut illos secum ad Majestatem Regiam deferre valeant, de residuo vero usque ad quantitatem L millium per nos promissorum, juxta rerum exigentiam, et sicut ab Oratore nostro, quem jam designavimus, et propediem ad Majestatem ipsam expediemus, de tempore in tempus de occurentibus advisati fuerimus, ita satisfacere et supplere dabimus operam.

Circa presidia anni et temporum futurorum, dicimus, quod erga Regiam Majestatem statum et res suas, futuri sumus illiusmet dispositionis, et mentis, cujus fuimus ante hac, et sumus etiam de presenti. Et non est dubitandum existente presertim Beatitudine Summi Pontificis ita animata et disposita, quod et ab Sua Beatitudine et a nobis et ab alijs etiam potentijs per operam, et medium Sue Beatitudinis Majestas ipsa habitura sit honestissima et convenientissima presidia, et favores, quibus magnanime, et valide poterit cum clade hostis, nomen et gloriam Suam celebrare, et immortalem apud omnes christi fideles reddere.

+ 135 — 8 — 1.

(Velenczei államkönyv 96. l.)

208.

1465. A velenczei államtanács határozata egy fogoly török fiu ügyében.

MCCCCLXV. die XXVI. Junij.

1 Consiliarius
5 Sapiens Consilij
2 » t. f.

Attentis his, que Dominio affirmata sunt, de casu maximo, quem Turcus facit, de persona hujus Turci, qui dicitur germanus ejus, posset maximopere conducere rebus nostris, ut Turcus ipse in Italia remaneret, et habito respectu, quod Summus Pontifex per unum ei Breve imponit nobis onus consulendj, quid conducibilius, quidque fructuosius de ipso est disponendum.

Vadit pars: quod per Dominium committatur M. Aurelio Secretario nostro, qui ob familiaritatem, quam habet cum R. Domino Episcopo Quinque-Ecclesiarum, a studijs literarum inceptam, et noticiam, quam cum Turco ipso Rome habuit, omni carere poterit suspitione; est preterea bene circumspectus et prudens, ut vadat, et loquatur, nactus opportunitatem cum ipso Turco, et ab eo queritet intelligere, si libenter, aut secus in Hungariam proficiscitur; et si intellexerit, quod libenter non vadat, veniatur eras ad hoc Consilium pro deliberando, quid melius visum fuerit.

+ 90 — 44 — 22.

(Velenczei államkönyv 98. l.)

209.

1465. A velenczei államtanács válasza a magyar király követeinek a török békeajánlatairól.

MCCCCLXV. die XXVI. Junij.

2 Consiliarij 5 Sapientes Consilij 2 » t. f.	Quod Oratoribus Serenissimi Domini Regis Hungarie dici debet.

Quod sicut alias et per litteras nostras, et per Oratorem nostrum Regie Majestati notificavimus et etiam pridie dici fecimus R. Paternitati et Magnificencie Sue per diversas vias et modos a Turco de pace requisiti fueramus, cui tandem responderamus, quod quando nobis tales offerrentur pacis conditiones, que non solum omnes belli et discordiarum causas anferrent, sed rationem etiam haberent dignitatis Lige nostre cum Serenissimo Rege Hungarie, et ceteris christianis, tunc una cum ipsa Regia Majestate Turco ipsi respondemus. Nuperrime vero per viam Constantinopolis oblata est nobis bona et honorabilis pax et pro Serenissimo Domino Rege, et pro nobis et pro reliquis christianis colligatis nostris, quod ut nos habemus Magnificenciis Vestris declaratum, comunicatumque pro debito nostro voluimus.

De parte 39.

Quod stetur super his, que proximis his diebus per istud Consilium deliberata fuerunt, et die Domenica proxime relata Oratoribus Regie Majestatis Hungarie, circa oblationes istius pacis.

+ 113 — 1 — 1.

(Velenczei államkönyv 98. l.)

210.

1465. A velenczei államtanács válasza magyar király követeinek a török elleni átalános felkelés és segély tárgyában.

MCCCCLXV. die XXVII. Junij.

Quod Reverendo et Magnificis Oratoribus Serenissimi Regis Hungarie, qui presenti die venerunt ad presentiam nostri Dominij, et parte Majestatis Sue, circa presidia ei conferenda anno futuro contra Turcum, et circa expeditionem generalem faciendam, et circa optimam dispositionem ipsius Domini Regis ad hoc, retulerunt ea, que per Serenissimum D. Ducem huic Consilio explicata sunt; respondeatur:

Quod de solito more nostro libenter intelleximus, quantum R. Paternitas et Magnificencia Sue, parte Regie Majestatis nobis prudentissime retulerunt, tam circa presidia anni futuri contra comunem hostem conferenda, quam circa consilium, et optimam mentem et dispositionem Regiam ad extinguendum hoc comune excidium cum potenti exercitu, et expeditione generali, sicut est penitus necessarium; in qua quidem re non satis laudare, et extollere posse cognoscimus, sanctumque optimumque propositum Sue Regie Majestatis, tenentesque pro certo, quod ad volendum exterminare hunc crudelissimum hostem, et recte consulere christiane saluti, salutiferum consilium, et unicum remedium sit hujusce rei expeditio generalis, sine qua potenter unita Europa, a perfidia hostis hujus liberari non possit. Nos vero jamdiu quanto studio cupuerimus, quod labores impenderimus, tam apud Summum Pontificem, quam apud alios Principes christianos pro hac generali expeditione, omnibus satis notum esse non dubitamus. Et in hoc ipso constanti proposito sumus, nihil pretermissuri, ut effectus iste sequatur; et quanquam sciamus Pontificem Maximum ad rem istam magno, fortique animo dispositissimum esse, sicuti etiam ipsi Domini Oratores retulerunt nobis, et nos a Pontifice Maximo, et ab Oratore nostro in Urbe certiores effecti sumus, quoque ad festa nativitatis Dominice proxime, respondebit, et declarabit, quid Sua

Sanctitas fecerit cum alijs potentatibus christianis, et que etiam presidia conferri habebunt; pro magnitudine tamen desiderij, et ardentis dispositionis nostre ad sanctam expeditionem nihil tam apud S. Pontificem, quam aliter pretermittemus ex parte nostra, ut effectus iste subsequi possit, et quomodo Dominationes Sue etiam petierunt a nobis, intelligere presidia anni futuri, dicimus, quod ad festa nativitatis, juxta etiam responsionem Rom. Pontificis nos circa rem istam melius et particularius, visis rerum successibus, et iis, que interea per Suam B. disponentur, una cum ea respondebimus, certificantes ex nunc ipsos Dominos Oratores, quod pro hac sancta expeditione generali comparanda, inque honorem Dei et sancte religionis sue, proque honore et gloria Regie Majestatis ex parte nostra nihil pretermissuri sumus eorum omnium, que etiam ultra vires nostras fieri poterunt. Interea vero hortamur, ac maximopere rogamus Regiam Serenitatem, ut pro virtute et magnanimitate sua, cunctis viribus agat contra hostem, ita quod et S. Pontifex et alij potentatus intelligant et vires Majestatis Sue et presidia sibi collata, digne et utiliter processisse, animenturque ferventius ad sanctum expeditionis opus.

Hec autem deliberatio nostra, si ita opus erit, justificari debeat, verbis et rationibus opportunis, et similiter in facto L millium ducatorum justificetur et honestetur res ista, juxta deliberationem factam in isto Consilio.

Circa partem salnitrij, quod petunt: intelligatur, si quid eis promissum est, et si promissio facta adimpleta est, intelligatur etiam quantitas salnitrij existentis in Arsenatu, et Collegium providere debeat circa hoc, et in satisfaciendo promissioni facte, sicut sibi videbitur.

+ 129 — 1 — 1.

(Velenczei államkönyv 98. l.)

211.

1465. A velenczei államtanács válasza Bona Jakabnak a törökkel kötendö béke tárgyában.

MCCCCLXV. die III. Julij.

Ser M. Barbadico Cons. ect.	Quod Respondeatur Jacobo de Bona Raguseo etc.

Quod intelleximus, quantum nobis prudenter exposuit circa pacem ineundam cum Domino Turco, in qua re laudamus plurimum operam et diligentiam suam, meritoque inducimur ad ea, que honorem et commodum suum concernunt; loquentesque secum aperte, sicut cum nobis ipsis faceremus, dicimus, quod ex naturali inclinatione nostra, nesciremus recusare pacem, dummodo secura haberi posset, pro nobis et pro Regia Majestate Hungarie, cumqua foedere devincti sumus et ect.

Estque rei veritas, quod considerare diligenter voluimus circa negotium hujus pacis, videturque nobis, quod non possemus habere pacem tutam pro nobis et Serenissimo Regi Hungarie, nisi haberemus et Moream, et Mithilenas, et Regi Hungarie daretur quod sibi restat de Bossina, et aliud, quod conferre habeat securitati istius pacis. In qua pace etiam comprehendantur Domini christiani, qui nobiscum sunt, ideoque dicimus, quod contenti sumus, quod in Dei nomine sumat laborem redeundi ad Mamut Bassa, per illam meliorem viam, quam magis utilem judicabit et ect. quem (Jacobum de Bona,) advisare volumus, quod Summus Pontifex, qui . . . . . noster est, ut prosequatur hoc bellum ultra bonam quantitatem pecuniarum, quam dedit et daturus est Regi Hungarie, ardenti studio quesivit et continue querit cumulare pecunias exponendas in hoc bello Turci, quod commemoramus ei, ut omnia sciat sicut nos et ect. De parte 30.

1 Consiliarius Sapientes Consilij et » t. f.	Quod egregio Jacobo de Bona Raguseo, qui pro materia pacis cum Turco, ex Constantinopoli huc se contulit, explicavitque, quantum habuit a Mamut Bassa, circa rem istam, sicuti isti Consilio relatum est, respondeatur:

(Mint fennebb, kivévén, hogy a moreai és a boszniai követelések ne emlitessenek fel Velencze részéről, hanem a törökök tegyenek részletes béke ajánlatot; továbbá): declaramus etiam ipsi Jacobo, quod quia sumus et semper esse intendimus sibi sincere affecti, si per operam suam conducet hanc pacem, in remunerationem bonorum operum, et laborum suorum, libere sibi donabimus ducatos X millium et ect.

Eidem autem Jacobo dari debeant in hoc suo recesu ducati centum pro suis expensis.

+ 99 — 1 — 1.

Captum heri fuit in responsione facta egregio Jacobo de Bona, nos esse contentos, ut omnia cemmunicet cum Bajulo nostro Constantinopolis (Ser Bartholomeo Barbadico) et attentis rationibus et respectibus in oppositum, per eundem Jacobum allegatis, vadit pars, quod hec particula communicandi cum Bajulo supradicto revocetur et ect.

+ 128 — 7 — 4.

(Velenczei államkönyv 100. l)

212.

1465. A velenczei államtanács a Magyarországba küldött pápai követet a magyar király követeinek adott válaszáról, továbbá Magyarországba küldött követének Venerio Ferencznek elhalasztott utjáról stb. tudósitja.

MCCCCLXV. die IIII. Julij.

2 Consiliarij Sapientes Consilij » t. f.	Reverendo Domino Archiepiscopo Cretensi, Legato apostolico in Hungaria.

Prudentia vestra in rebus omnibus, charitas et observantia in patriam vestram nos inducunt, ut oneris aliquid R. Paternitati Vestre imponamus, quando causa, et necessitas negotiorum id exigit. Fuerunt ad presentiam nostram R. in christo Pater Dominus Episcopus Quinque-Ecclesiarum et Magn. Dominus Joannes de Rozgon, Oratores istius Serenis-

simi Regis, ex Romana Curia redeuntes, et nobiscum pluries habita collatione, super rebus occurentibus, superque modo et quantitate subsidiorum, eidem Majestati, conferendorum, et tam pro anno presenti, quam pro futuro, ipsis Oratoribus respondentes, post memoratas conditiones Lige nostre, et magnitudinem, diversitatemque impensarum nostrarum, et eorum, que nos pro tutella christianorum fecimus, facimusque continue, Majestati predicte optulimus pro anno presenti ducatos L millia, quorum XV millia Oratoribus ipsis dari fecimus ad Regiam Majestatem conducendos, residuum vero usque ad L millia nos dare de tempore in tempus juxta rerum exigentiam polliciti sumus. Pro anno autem futuro, quomodo Summus Pontifex in natalicijs futuri festi declaraturum se dixit, quicquid facere dispositus fuerit, nos quoque tunc particularius et distinctius, visis rerum successibus, et his, que Beatitudo S. Pontificis disposuerit, responsuros diximus.

Pro futuro vero postea tempore, in quo Oratores ipsi memorarunt, et proposuerunt, necessarium penitus fore generalem expeditionem, ad liberationem Europe, hostiumque exterminium, ad quam Beatitudinem Summi Pontificis optime dispositum esse affirmarunt; id, quod etiam Orator noster per suas literas nobis declarat, Oratoribus ipsis diximus, quod huic rei, omni cura, studio et diligentia nostra invigilavimus, neque imposterum desituri sumus omnia querere et tentare, que possibilia sunt et pro viribus, facultatibusque nostris, omnia abunde, superque facturi, que huic sancte rei, honori sancte religionis nostre, exaltationique et glorie illius Regie Majestatis conducere quoquomodo posse intellexerimus; eosdemque Oratores maximopere rogavimus, ut ipsam Regiam Majestatem nostro nomine efficacissime hortaretur, ut pro virtute et magnanimitate sua, auctis viribus, hostem lacessere, infestareque non desinat, ut S. Pontifex et alij potentatus intelligant, presidia eidem Majestati collata utilia fuisse, animenturque magis ad sanctum expeditionis opus.

Quomodo nobilis civis noster Franciscus Venerio, quem Oratorem disignavimus ad istam Regiam Majestatem, esse non poterit ad ejus presentiam, nisi aliquot dies post appulsum dictorum Regiorum Oratorum in Hungariam.

Hec omnia R. Paternitati Vestre declarata voluimus, quam rogamus, ut sicut ipsa opus fore intellexerit, hec eadem Regie Majestati verbis idoneis declaret, iustificetque et honestet Dominium nostrum. Hortetur preterea Regiam ipsam Majestatem ad magnanime faciendam contra inimicum et pro sua prudentia et diligentia operetur, ut pecunie tam per S. Pontificem, quam per nos collate, utiliter et fructuose expendantur. Et quantum succedet, quantumque occurret dignum noticia nostra, presertim vero quantum secutum et de re illa, dequa ad nos scripsistis die ultimo Aprilis, a vobis intelligere expectamus, quam hec, et quecunque nobis grata et comoda futura intellexerit, prompte et diligenter facturum certo scimus.

+ 137 — 0 — 1.

(Velenczei államkönyv 102. l.)

213.

1465. A velenczei doge utasitása Venerio Ferencz magyarországi követ részére.

MCCCCLXV. die XVI. Julij.

Commissio Ser Francisci Venerio Oratoris ad Regem Hungarie proficiscentis.

1 Consiliarius
Sapientes Consilij
» t. f.
S. N. Trivisanus
Sapiens Ordinum

Christophorus Mauro, dei gratia Dux Venetiarum et ect. Committimus tibi nobili viro Francisco Venerio, dilecto Civi et fideli nostro, ut quanto diligentius per te fieri potest, solicitando iter tuum, accedas Orator noster ad Serenissimum Dominum Regem Hungarie ; et in hoc tuo itinere, quomodo viam Alemanie et terrarum Serenissimi Domini Imperatoris facere instituisti, si occurret, quod ejus Majestatem alicubi invenias, illam nostro nomine visitabis, et sub literis nostris credentialibus, quas tibi dari jussimus, facies convenientes, et honorificas recommendationes, offeresque nos, statum et queque

nostra ad honores et beneplacita Sue Serenitatis cum omnibus illis amplis, gravibus, et idoneis verbis, que tue prudentie occurrent. Postremo dices, te ire Legatum nostrum ad Serenissimum Dominum Regem Hungarie, pro negotijs communis belli contra Turcum, et sumpta bona, grataque licentia, sollicitabis iter tuum Hungariam versus, quanto diligentius poteris.

Postquam Deo Duce in Hungariam applicueris, et presentiam Regiam adiveris, presentatis literis nostris credentialibus, factisque omnibus illis amplis et dignis salutationibus et oblationibus, que honori, dignitatique Majestatis Sue et nostri, fuerint convenientes, sub illa forma verborum, quam gravem, dignamque judicaveris, dicere et exponere debeas, quod te misimus ad presentiam Sue Regie Celsitudinis, existimantes, ei rem gratam et jucundam facere, pro mutua nostra benivolentia et conjunctione, et ut comodius de tempore in tempus de rebus occurrentibus mutuo comunicare possimus; postea subjunges, quod sicut ejus Serenitatem optime cognovisse non dubitamus, per reditum ad se Oratorum suorum, nos apud S. Pontificem, continue tenuimus et tenemus Oratores nostros, procurantes solicitantesque Sanctitatem Suam ad prestanda subsidia Regie Majestati Sue, quorum assidua opera addita, tam optime inclinationi, dispositionique ejusdem Beatitudinis secutum est, quod Oratoribus ipsis dati per eandem B. fuere ducati LXII millia, quos ad Majestatem ipsam delatos jam non dubitamus, optimumque animum S. Pontificis, ad favores et subsidia eidem Majestati conferenda, tutandam et erigendam rem christianam Oratores ipsi optime intelligere potuerunt; nos vero, et si gravissimis et pene innumerabilibus impensis gravemur, numerosissime classis et multarum terrestrarum copiarum in diversis locis, aliarumque infinitarum rerum, quas singilatim numerare difficile et tediosum esset: eidem tamen Majestati dare anno presenti polliciti sumus ducatos L millia, quorum XV millia Oratoribus ipsis hic fecimus numerari. Residuum vero usque ad summam Ducatorum L millium de tempore in tempus, juxta rerum exigentiam dare, supplereque dabimus operam.

Oratores ipsi intercetera nobiscum egerunt de subsidijs anni futuri; quibus respondimus, quod Summus Pontifex eis

dixerat, se in festis natalicijs declaraturum, quid in ipso futuro anno facturus esset, unde nos eodem tempore visis rerum successibus, et audita Pontificis deliberatione, melius et particularius loqui, et mentem nostram distinctius declarare poterimus, quod eidem Majestati tu quoque declara.

Oratores insuper ipsi nobis inter loquendum maximam existimationem fecisse visi sunt de generali expeditione facienda, sine qua difficile videtur hostem hunc accerrimum, et robustissimum posse exterminari, cui rei nos omni cura, studio, et diligentia nostra semper invigilavimus, et apostolicam sedem, regesque et principes christianos, et literis et Oratoribus monere, excitare, impellereque conati sumus; sed aut culpa temporum, aut pro conditionibus statuum et principatuum tante rei forma, modusque dari hucusque non potuit.

Volumus preterea, ut omnibus bonis et accomodatis verbis, que prudentie tue videbuntur, hortari et inducere, nitare Regiam Majestatem predictam ad exeundum in castra, procedendumque magnanime contra inimicum, ut S. Pontifex, reliqueque potentie intelligant, subsidia prestita rebus christianis singulariter profuisse, et ad majora prestanda, et consequenter ad sanctam, generalem expeditionem ferventius disponantur, et hoc non solum primo congressu et hac prima collatione facies, sed etiam de tempore in tempus, sicut rerum conditiones requirent, temporumqne occasiones se se tibi prebuerint, quas tu illic melius cognosces, et videbis, quam nos hic tibi impresentiarum memorare possimus, operisque quantum tibi licuerit, ut pecunie tam per S. Pontificem quam per alios collate utiliter, fructuoseque expendantur.

Sapientes Consilij et aliorum Sapientes t. f.

Post hec omnia dices, quod sicut Oratoribus Sue Regie Majestatis, dum hic apud nos essent, diximus, ex Constantinopoli per varias vias et media de pace tentati fuimus, interque media per quendam Raguseum ad nos missum, Mamut Bassa pacem securam et honorificam nobis optulit, requisivitque, ut aliquem ex nostris illuc mitteremus: cui respondimus, ut prius aliis feceramus, neminem ex nostris mittere aliquo velle; sed quando nobis exprimentur, declarabunturque hujusmodi secure et honorifice conditiones pacis pro eadem Majestate et pro nobis,

qui per amorem et conjunctionem nostram unum et idem sumus, tunc una cum eadeam Majestate respondebimus.

1 Consiliarius 1 Sapiens t. f. 1 » Consilij	
Sapientes Consilij et aliorum Sapientes t. f.	

Occurit, ut post discessum a nobis Oratorum Sue Majestatis Despotus Leonardus de S. Maura, de cujus verbis, et introducta mentione pacis, et responsione nostra eidem Regie Celsitudini et per virum nobilem Joanni Aimo nobilem Oratorem nostrum, et per literas nostras, noticiam superioribus mensibus dedimus, huc ad nos misit nuntium quempiam suum, ex Constantinopoli, ut ipse asserit venientem, qui nomine ejusdem Bassa, plurimum nos ad pacem est hortatus, offerens illam securam et honorificam, requisivitque, ut aliquem ex nostris nobilibus ad portam mitteremus, nos vero eidem nuntio respondimus eademmet verba, que Despoti ipsi, prius dici feceramus; et quod aliquem ex nostris mittere nullo modo eramus dispositi; hoc est, quod in hac materia mentionis pacis adhunc usque diem secutum est, quod Sue tamen Majestati pro debito et officio nostro, ut est, ita declaratum voluimus. Et si forte occurreret, quod Majestas Regia a te requireret, quenam dispositio esset Dominij nostri circa pacem cum Turco: respondebitis, quod per ea, que comprehendere potes, ipsa Dominatio nostra, dum modo porrigerentur conditiones honorabiles et secure pacis, pro eadem Majestate et pro nobis, iudicaret, utile fore, ad practicam ipsam attendere, attento maxime, quod pondus omne hujus belli est super humeris Sue Majestatis et nostri Dominij, et relique chrirtianorum potentie inter se dissidentijs, discordijs, bellisque plurimum sunt involute.

+ 58 — 4 — 6.

1 Sapiens t. f. 1 Consiliarius 1 Sap. Ordinum

Nos vero visis tot requisitionibus, tantisque oblationibus Turci, circa hujusmodi pacem nullam eidem nuntio responsionem fecimus, sed tenere hic eum deliberavimus tantisper, donec Majestate ipsa de hoc advisata, consultius, convenientiusque, ex comuni sententia utriusque nostrum respondere possimus; mandamus igitur tibi, ut de responsione ejusdem Regis, deque verbis et nutibus ejus, et de eo, quod pro tua

opinione judicaveris de mente, et intentione sua, nos quamprimum per velocissimum nuntium facias certiores. Et si forte eadem Majestas a Te peteret, quenam esset intentio nostra in hac materia: volumus, ut ei respondeas, quod consideratis rerum conditionibus et difficultate, pro presenti generalis expeditionis, pondereque immenso expensarum, et periculis etiam tum Sue Serenitas, tum nostris, qui soli omnium christianorum tantam molem, sarcinamque ferimus, opinionis nostre esset, ab apparatibus belli, et ab ipso bello nequaquam propterea absistentes, quinimo illi vehementius incumbentes, non spernere etiam hanc practicam pacis, et de responsione ejusdem Serenitatis per velocissimum nuntium nos advisa.

De parte 72.

Per literas R. in Christo Patris, Domini Episcopi Cretensis, Legati apostolici, sumus advisati Regiam Majestatem predictam ab eodem Bassa de pace similiter fuisse requisitam, quod prefatus D. Archiepiscopus nobis significat ab eadem Majestate habuisse, cum ordine, ut id nobis de notare deberet. Unde Regie Celsitudini gratias ages nostro nomine, quam in re hac, ut in ceteris omnibus, pari affectione et benivolentia incedere videmus nobiscum.

Demum eris curiosus et diligens in scrutando et persentiendo rerum omnium successus, et tam pacis, quam belli, novorumque omnium in diem occurrentium et per continuas tuas literas, perque nuntios frequentes et celeres nos optime et distincte instructos et advisatos tenebis, ut juxta exigentiam tibi scribere possimus.

Volumus, ut cum R. Domino Archiepiscopo Cretensi, Legato communices, quantum rebus nostris conducere judicaveris.

Visitabis nostro nomine et sub literis nostris credentialibus R. Dominos Archiepiscopos Collociensem et Strigoniensem, faciesque omnes illas salutationes et oblationes, que convenientes fuerint, et prudentie tue videbuntur.

Volumus demum, ut aldolescentulum illum, Fratrem Turci, quem Oratores Regij secum in Hungariam conduxerunt, benigne, humaneque videas, et suscipias, nostro nomine salu-

tes, et quecunque commoda potes, ei conferras, commendesque eam Regie Majestati diligenter nomine nostro.

Addita hec verba fuerunt per Dominium cum Collegij parte.

(Velenczei államkönyv 104. l.)

214.

1465. Kivonat Collis Gellért velenczei követnek fejedelméhez a milánói herczeghez tett jelentéséből.

Illustrissimo Signore. Ali VII. de questo ho receuto doe lettere de V. Ill. Signoria, l'una contiene la risposta facta per Maesta del Re Ferando ala Vostra scripta, gia piu di a Petro da Pusterla et Antonio da Trezo, insiema con una de esso Antonio, item contiene la partita delo Ill. Conte Galeazo, per andar in aiuto del Re de Franza etc. l'altra contiene la querela fa V. Excellentia a questa Signoria, deli portamenti fa Bartolomeo Cogliono, che ha cerchato desinare la gented'arme de Romagna etc.

De le predicte cose ho dato notitia a questa Ill. Signoria, quale con desiderio ha inteso il tuto, licet fin domenicha passata, che fu a IIII. de questo per la via de lo Ambassatore del Re havesero hauto simile lettera, idesto la risposta facta per la Maesta del Re a Vostra Celsitudine, lo Principe me risposi, che rengratiano V. Excellentia del comunicare li fa de le predicte cosse, digando, che pur credano or may, che V. Celsitudine si debia inclinare a lassar andare la Ill. Madona Duchessa de Calabria da suo marito, et finire le noze maxime, non si possando remediare al caso passato del Conte Jacomo.

Do poy me dixi, chio scrivese a V. Excellentia, che de Levante, haveano hauto bone novelle, cioe chel suo Capitanio da mare era andato con galee XXXVI fin a Tenado, che ala bocha del strecto per obviare al armata del Turcho, e che non ha trovato armata alcuna de esso Turcho anci intende, che ha desarmato in tuto, e che per questo anno non fara piu impresa

alcuna de qua in Europa, perche li bisogna atendere al Cariman et Usom Casam, li quali li fano grande dampno in la Natalia, per essere convincto lo Soldano con loro, quindi esso Turcho ha mandato verso lo Ungaro da persone XXX mille, per obstaculo de esso Ungaro in la Morea, ha mandato lo fabulario con Marbey con X mille lo resto del suo forze, ha mandato in la Natalia.

Item me ha dicto esso Principe, chel Signor Sigismondo ad una coraria ha presso da cento turchi, e molte bestiame, item me ha dicto, che per lettere, del suo baylo da Constantinopoli hano adviso, chel Turcho he facto si grasso, che non po piu durar faticha de campezare, io li risposi, che tute queste sono bone novelle, e che sommamente piacerano a V. Celsitudine, sperando in Dio, che ala giornata ne dia meglio etc.

Or Illustrissimo Signore io intendo dal altro canto, che questa brigata non fa tanto extima alo intrinsecho de queste novelle, quale sono asay lezere, quanto che sono advisate per la via de la Valona, chel Turcho manda IIII Ambassatori ala prefata Signoria per domandare la pace con loro, et adviso V. Excellentia per quelo io sento, che si atacharano ad omni partito, che esso Turcho li offerischa per essre gia strachi de la dicta impresa, e per non spendere dinari. Questa cossa de dicti Ambassatori la prefata Signoria non me la pero dicta ma lo intesa da altri. *)

Venetiis die IX. Augusti 1465.

E. V. Ill. Exc. fidelissimus Servus
Gerardus de Collis.

Illustrissimo Principi ac Excellentissimo D. D. Duci Mediolani etc.

(Milánói állam ltár.)

---

*) A következő pontok hazánkat egyáltalában nem érdekelvén, kihagyattak. Szerk.

215.

1465. Kivonat Collis Gellért velenczei követnek fejedelméhez a milánói herczeghez tett jelentéséből.

Illustrissimo Signore. Ali XXV. de questo ho recevuto due lettere de Vostra Celsitudine, l'una contiene tre parte, prima la contenteza ha hauto V. Excellentia de le bone novelle contro lo Turcbo etc. La secunda contiene, como Bartolomeo Cogliono ha mandato uno suo messo ad excusarsi, per quella gente d'arme havea tolto de li vestri insiema, con la lista de le soy havea tolto V. Excellentia etc. et ho inteso il tuto.

La terza significa, como V. Excellentia pregata et strecta da la Sanctita de nostro Signore la comunita de Firenza, e poy questa Ilustrissima Signoria tandem ha dato licentia ala Illustrissima Madona Principesa vada ad suo marito. La seconda lettera contiene la justificatione fa V. Excellentie de quello da Trani examinato per lo official da le bolete da Pavia, del cuy exame esso da Trane si na dato casone per la varieta del vestito et parlare etc. Item, che non he vero si sia trovata quella tavolela apichata al Palazo, secondo fu dito alo Ambassatore del Re etc.

La prima lettera ho lecto ala Signoria, qual summamente rengratia V. Excellentia, che li da notitia de omni occurentia et me dixe lo Principe, che a consolatione vestra li scrivise, como haveano adviso de la Dalmatia, che lo Re de Ungaria era per uscir in campo con uno grandissimo exercito, de piu de cento milia persone, e che gia havea scripto al Ducha Stefano de Bosna, che andassi da luy per usar ad campo, et similiter havea mandato ad Scanderbeg. Item dice, che dicto Turcho havea mandato una solenpne Ambassata a dicto Re de Ungaria, et li havea mandato ad presentare molte cosse, et ulterius li proferiva dare liberamente la Bosna et la Servia, sil voleva far pace con luy. Ma dicto Re non ha voluto acceptare ne presente, ne offerta, ne may ha voluto lasarsi vedere da dicti Ambassatori et li a dato cumiato. Item dicto Re de Ungaria havea mandato V mille cavali ad Cataro in

sobsidio de la Signoria contra quello, Signore coligato con lo Turcho, che feceva guerra ala prefata Signoria. Preterea haveano lettere da Constantinopoli da quello, da cha Michele destenuto li per essere debitore del Turcho per la trata de li arumi, qual dice, che molti datiarij del Turcho sono fugiti per non poter pagare li datij conparati per lo manchamento de le intrate, item che sono fugiti alcuni Firentini mercatanti de Constantinopoli et hano portato via de L mille ducati; tute queste cosse notificano a V. Excellentia per bonę novelle de tuta Christianita. *)

. . . . Venetia die XXVI. Augusti 1465.

E. V. Ill. Exc. Fidelissimus Servitor

Gerardus de Collis.

Illustrissimo Principi ac Excellentissimo D. D. Duci Mediolani etc.

(Milánói állam ltár.)

216.

1465. Collis Gellért velenczei követ jelentése a milánói fejedelemhez többek közt a magyar török háborúról is.

Al Ducha di Milano.

Illustrissimo Signore! al ultimo del pasato ho recevuto una de V. Exc. de XXV. con una copia de Zanono Coiro, continente novelle de Franza etc. Item lo presso de quello da Trane, facto per l'official da le bolete da Pavia. Questa Ill. Signoria rengratia Vestra Excellentia de li advisi de le cosse de Franza, et dice, non haver altro de novo de Levante, ma venendo cossa alcuna, ne dara adviso, como hano facto per lo passato etc.

Per un altra mia del penultimo del passato data al corero di mercatanti V. Ill. Signoria he stata advisata ad conpimento de le occurentie, de qua de le cosse de Levante, non

*) A következő pontok tisztán olasz ügyekre vonatkozván, kihagyandók voltak. Szerk.

he poy sucesso altro; salvo chio mando inclusa una copia de lettera scripta a questa Signoria per lo S. Sigismondo, dove potera vedere V. Celsitudine, como passano le cosse de la, me pare, che dicto S. Sigismondo non habia voglia de star piu in quelle parte, non si crede gia, che la prefata Signoria li daga licentia, et va ad pericolo non la toglia per luy et venirsene senza licentia, quo casu li sera questione et scandalo, la prefata Signoria pur tuta via provede in metere in poncto quelli VI cento fanti et e L elmeti per mandar ne la Morea, ne de pace con lo turcho si fa mentione alcuna, anci stano in speranza far meglio, cha may contro esso turcho, maxime usciando a campo lo Re de Ungaria, como si dice, questa Signoria non fa dimostratione alcuna de fare gente nova, anci ad molti homini d'arme braceschi, che si sono mandati ad offerare li anno dato, repulsa il medesimo ano facto a quello conestabile da suo Jacomo de Capua, qual como pratico de quello paese, voleva ritornar de la, e non lanno voluto piglare, licet lo Ambassadore de la Maesta Regia molto si sia afatichato, perche lo tolesano. Como per un altra ho scripto, sil Ducha de Modena venira su le terre de la Signoria ad uselare, como si dice, la Signoria li mandara alcuni gentilhomini ad honorarlo et presentarlo, non ho pero inteso, chel sia deliberato mandarli alcuny gentilhominj; ma he verosimile, che presentandolo li mandarano qualcheduno; he stato dicto, chel viene per reconciliare lo figlolo del Conte Jacomo con Bartolomeo et pretendando luy, che li sia manchato quello, che luy faceva suo ydolo, cioe lo conte Jacomo dato, che luy non fece pero may servitio ad esso conte Jacomo, si non de parole, ma si gli havese domandato in presto pur V mille ducati haveria denegato, como il fece a Papa Pio; nondimancho luy credeva haver quello inperio nel conte Jacomo, che la nel conte Lorenzo quindi essando manchato, vora cerchare con sue belle parole, fare uno altro ydolo de Bartolomeo con darli ad intendere, che tuta la gented'arme de ytalia si spechia in luy etc. et simile fanfaluche, dele quale luy ne richissimo. Altri dichano, pur chel va per una pompa, per dimostrare il suo bel tempo, che non li basta le campagne de Ferarese, ne de Mantuana, sil non rivolta quelle da chiare et molte chiare; ma

sia, como voglia io non credo gia, che per consentimento de questa brigata luy vada la, perche le conoscuto qua per una palla da vento et per cusi lo tractano, pero che la heredita de Bartolomeo, qual prevene a luy de Jure per lo testamento de Thadeo, may non lano voluta darla anchor, che la sia piu dampnosa, cha utile.

Si dice, che lo Marchese de Mantua non uscira lo suo teritorio de paulo bene, che habia scripto qua ad uno prete, che solicita li fati soy et alo amicum, chel spera andar anchor luy in sua compagnia, como per altre ho scripto. Io non lo posso credere, che li vada, perche esso ducha la faria poy tropo scoperta — con Vostra Excellenzia nondimancho fo star solicito lo amicum a sapere, si luy si partira, ho non ad cio, che ne possa dar notitia a V. Excellenzia al presente he pur a quella stantia de Paduana.

Al facto del processo de quello da trani lo mostrato alo Ambassadore, qual dice, che quello glie stato facto, li sta multo bene pero, che devenira piu savio; ben prega V. Excellenza, che parandoli li fatia, restituire li soy sey ducati tolti per quelli officiali, et dice, che poy, che li hebeno tolti, lo fecero confesare, haverli rehavuti; ma che in verita, non li funo restituiti; dice pero, che per questo V. Excellenzia non si piglia altro afano.

Questa brigata eri hebeno lettere da Brugia, quale affermano pur che la Maesta del Re de Franza in quella bataglia ha havuto lo pezo. E che lie morto da VIII mille homini, dal canto del Re parlando ogi ala messa con Messer Lion da Molino, del collegio homo saputo e praticho, me ha dicto, che may hano posuto credere, ne anchor totaliter credano, che V. Excellenzia prudentissima in omni suo facto deba lassar andare lo Ill. Conte Galeazo in Franza, et cometerlo agente barbara, io lio risposto, che gia debe essere gionto la a Lione; altro non lie de novo. Venetia die primo Septembris 1465.

E. V. Ill. Exc. fidelissimus Servitor
Gerardus de Collis.

(Milánói állam ltár.)

217.

1465. Kivonat Collis Gellért velenczei követ jelentéséből a milánói fejedelemhez.

Al Ducha di Milano.

Illustrissimo Signore!... Lo Patriarcha de Venetia omni giorno molesta questa Signoria per mandato del Papa anno voler lassar riscotre le decime ali preti e farli servar le sue exeptione, la Signoria moltevolte ha dato bona verba et nihil aliud. Ultimate dichano, che mandarano Messer Bernardo Justiniano da Sua Santita e lo farano contento, ma la brigata sta malissimo contenta del Papa e non si pono tenere, che ale volte non ne dichano male. Del Re de Ungaria non si sente cossa alcuna.

Me ricomando senpre a Vostra Celsitudine. Venetia die V. Octobris 1465.

E. V. Ill. Exc. fidelissimus Servitor
Gerardus de Collis.

La peste credo pur passara meglio con Dio gratia, Zobia ne mori X, venere VII, ogi III, non ha facto grande mutatione in questa quinta decima. Padua sta pezo, che pur ne mori da X a XII lo giorno. Item a Vincentia ne incominzato a morir in una casa, benche si confortano sopra lo fredo.

Datum ut in litteris die V. Octobris.

Idem Gerardus de Collis.

(Milánói állam ltár.)

218.

1465. Kivonat Collis Gellért velenczei követnek a milánói fejedelemhez irt jelentéséből.

Lo Principe me ha dicto, *) che sono advisati da bona parte, como lo Turcho he in mala conditione, che le facto si grasso, che non po quasi cavalcare, ne durar faticha. Item, che la le gotte, chel non po caminare, e che le malcontento e mezo desperato. Item me ha dicto, che dicto Turcho ha offerito de boni et honorevoli partiti a la Signoria, volendo far pace con luy; ma che multo parte intendano haver pace con luy, e che de presenti li mandano questi VIII cento fanti, ma al tempo novo farano piu facti contro luy, che habiano anchor facto; io intendo pur da uno altro canto, chel si trama la pace, he vero, che forsi loro fano questi preparamenti de guerra, per farlo venir a piu honorevole acordio, ho poy inteso, chi voleno elezere un altro Capitanio de l'armata loro, che si cusi fuse, seria signo, che havesero la pace per habandonata, pero che la si praticha per lo mezo de questo Capitanio, quale ano sostenuto gia duy messi de non ellezere alcun altro, perche ha in mano dicta pratica. Staro advedere et intendere, quello si fara. Per unaltra via secreta ho inteso, che lo Imperatore ha scripto qua ala Signoria molto indignatamente, che licet piu volte luy e con Ambassatori e con lettere habia richiesto li vogliano relaxare, che li advisi, che li usara altro cha parole, pero che intende omnino de haverle, e lo soprascripto de dicta lettera, che luy ha scripto ala Signoria, dice solum queste parole, Christoforo Mauro Duci Venetiarum, non li da titolo alcuno, ne illustri, como soleva fare, ne altro. He vero, che loro extimano pocho dicto Imperatore, pur dichano, chel fa fortificare Triest, e che vol fare uno Castelo fortissimo sopra une monte, che signoreza la Cita de Triest et unirlo con la Cita, et he quello monte, dove pianto le bombarde la Signoria quando li missi campo. Item me dice custuy, che lo Impera-

*) Az előbbi pontok, mint hazánkat nem érdeklők, — elhagyattak. Szerk.

tore si dovea fare una dicta et certo Parlamento con lo Re de Ungaria. Questo dovea essre lo giorno de sancto Mathia, che fu de Septembre passato, dove doveano fare certa liga insema.

Del prefato Re de Ungaria non sia novella alcuna, chel sia usito in campo contro turchi, ne si spera faza grand fatti questo anno. Altro de novo non lie digno de adviso. Quelo Corsaro de mare del Ducha Johanne, che scampo con due galie da Yschia, ha pigliato la galea de pelegrini veniva dal Zaffo et glia tolto solum alcune robbe de catelani. Lo resto ha laxato, me ricomando V. Ill. Signoria.

De D. Paulo de campo fregoso non ho poy hauto altro. Venetia die XII. Octobrii 1465.

E. V. Ill. Exc. fidelissimus Servus
Gerardus de Collis.

Illustrissimo Principi ac Excellentissimo Domino, Domino Duci Mediolani.

(Milánói állam ltár.)

219.

1465. A velenczei államtanács a Spalatói grófot egyebek közt tudósitja arról, miként fogadja az azon részekbe utazó Mátyás királyt.

MCCCCLXV. die XII. Octobris.

Ser Jacobo Marcello Comiti Spaleti.

Sapientes Consilij excepto Ser N. Truno
» t. f.
» Ordinum

Diebus proximis accepimus complures literas vestras, quarum ultime fuerunt diei XXV. et XXVI. mensis Septembris proximi, ad quas respondere distulimus, nunc autem per presentem barcham scribendum cum nostro Consilio Rogatorum putavimus, ad ea, que non nihil momenti esse censuimus; et primum de negotio Narente et Craine, credimus vos accepisse loca illa, scitu et voluntate Ill. Ducis Stephani. Et placet no-

bis, nec minus placet, quod provideritis conservationi eorum, atque operam dederitis obviare, ne per Raguseos aliquid innovetur, quibus volumus dici, et intelligi faciatis verbis humanis, si oportuerit, nostre intentionis esse, postquam loca ipsa se se nobis dediderunt, tueri et conservare ea omnino, et nihilominus, secum bene et amice vicinare, et ita re ipsa, in commercijs mutuis intelligent; verum, ut in omnem eventum non desint vobis vires pro conservatione dictorum locorum, et existimationis nostre: deliberavimus et volumus, ut triremes nostre, cui preest nobilis vir Christophorus de Priolis, que reperitur in mari Catarensi, si oportuerit hac de causa, sit presto, et adnaviget Narrentam, ad omnem nuntium et requisitionem vestram. Et ita scribimus et injungimus per alligatas prefato Supracomiti; faciendo etiam omnes alias provisiones, quas in hac re necessarias censueritis ad tuitionem dictorum locorum, accipiendo quoque de peditibus nostris, qui sunt Tragurij, et ita scribimus Comiti nostri Tragurij.

De ijs vero, que scribitis, intellexisse de progressibus Serenissimi D. Regis Hungarie, et adventu suo ad istas partes. Laudamus plurimum diligentiam vestram, et quanquam non credimus, nec verisimile nobis sit, Serenitatem Suam venturam istuc; tamen casu, quo veniret, et per X miliaria vobis propinquaret: contenti sumus, ut expendere possitis usque ducatos centum in honoranda Majestate Sua, quos hic solvemus libenter, ostendendo nos omnino ignorasse adventum suum, et tanquam ex vobis, pro conditione loci, istud fecisse. Intelleximus preterea, que memoratis de oblatione Xarchi Vlatcovich interficiendorum VI c. Turcorum et ect. Qua de re volumus, sibi dicatis rem istam nobis placituram summopere, si effectum habuit, et semper nos inveniet promptos et paratos faciendi sibi rem utilem et gratam.

Demum de negotio Castelli novi impresentiarum aliud non scribimus, sed cito aperiemus vobis animum, et intentionem nostram, vellemus autem libenter intelligere apertius et clarius, quonammodo, et per quem res hec vobis ad noticiam pervenerit, et an certitudinis aliquid habeatis de mente Ill. Ducis Stephani.

Et ex nunc captum sit, ut scribatur in opportuna forma dicto Supracomiti per Collegium.

\+ 137 — 0 — 2.

(Velenczei államkönyv 120. l.)

220.

1465. A velenczei államtanács a sebenigoi grófot értesiti, hogy Mátyás királyt scardonai és raguzai utjában miként fogadja.

MCCCCLXV. die XVIII. Octobris.

Comiti Sibenici et ejus Successoribus.

5 Consilij Sapientes 5 Consiliarij 2 Sap Ordinum

Litteras vestras accepimus, quibus nobis denotastis ea, que habuistis a Venerabili fratre Alexandro de Ragusio, quod videlicet Serenissimus D. Rex Hungarie Scardonam venturus est, ut cum galeis Raguseorum accedat Ragusium, et petitis declarari, si venire vellet idem Dominus Rex in Civitatem Sibenici, eum intrare permittere debeatis, et cum qua comitiva, ac si galeis Ragusiensibus transitum concedere debeatis eundi per portum illum Sibenici, versus Scardonam; et requisitionem, quam frater Alexander fecit de pulvere a bombarda; et respondemus, et primo commendamus excusationem, quam fecistis non habendi pulverem, quia eum galeis nostris dispensastis; et circa factum prefati Serenissimi Domini Regis, ut intelligatis nostram mentem et intentionem, contentamur et vobis mandamus cum nostro Consilio Rogatorum, quod appropinquante Serenissimo Domino Rege per miliaria X, tam si venturus erit Sibinicum, quam non, ad ejus visitationem vos conferre debeatis, et cum prudentibus verbis ejus Serenitatem ac oblationibus convenientibus visitare debeatis. Et volente eo venire Sibinicum, ipsum cum ejus comitiva intrare permittatis, ipsam civitatem, ejusque Majestatem honorare et bene tractare debeatis et expendere, tam si intrabit dictam civitatem, quam non, in honorando ejus Majestatem usque ad summam ducatorum centum, ostendendo hec

tanquam a nobis mandatum. Verum si ejus Serenitas diceret, velle videre castrum nostrum predicte civitatis, dicite, quod certissimus estis, quod si de dicto ejus adventu noticiam habuissemus, castrum predictum et queque alia mandavissemus ad omne ejus beneplacitum ei ostendi; sed quia vos per comissionem vestram mandatum non habetis, neminem permittere, sine nostra licentia intrare castrum suprascriptum; exoretis, ut in hoc, vos habeat excusatos, galeas vero Ragusiensium, si habebitis predictum Serenissimum Dominum Regem Scardonam esse, accessurum, permittere debeatis, accedere ad partes Scardone ad earum libitum. Et honestre littere sint apud vos secretissime.

Et hoc idem scribatur Comiti nostro Spaleti, in quantum idem Rex Spaletum intrare vellet.

+ 126 — 4 — 2.

(Velenczei államkönyv 120. l.)

221.

1465. Collis Gellért követ tudósitja a milánói fejedelmet a velenczei ügyekről.

Illustrissimo Signore. Ali XVII de questo ho receuto due lettere de V. Ill. Signoria, una de XII., l'altra de XIV. la prima contiene V. parte, la prima, chio rengratia questa Ill. Signoria de la humana risposta, me ha facto circha l'facto de D. Sigismondo Brandolino, che ne loro lo acceptarano, ne lo lassarano acceptare da alcun di soy. La secunda contiene, como V. Excellencia fa ritornare ne le terre vostre la gente-d'arme de Romagna. La terza, come li Ill. Filipo et Sforza Vestri figloli con la lor compagnia debeno essre partiti da Napoli ali III.—IIII. de questo e gia debeno essere passati lo tronto etc. L'altra contiene le novelle de Franza como V. Excellentia mandava fanti VI cento alo Ill. Conte Galeazo etc. Item de havere la risposta per levare quella taverna da

Sonzino etc. L'altra contiene la pace facta in Franza, con la copia de Johanne Petro Panigarola.

Tute queste cosse ho facto ad sapere a questa Ill. Signoria, qual secundo il consueto rengratia V. Celsitudine, de li continuy advisi gli da de tute le occurentie, et ala prima parte de D. Sigismondo Brandolino me risposi lo Principe, che io iterum et de novo confortasse V. Celsitudine a star sicuramente e de bona voglia, che quello hano promesso, lo observarano, cioe de non piglarlo ne lassar piglar ad alcun di soy, e che cusi vedera V. Signoria per vera experientia. Ale altre parte non risposeno niente, salvo che ricordandoli io de la taverna, me risposi, che erano stati talmente occupati circha la expeditione de questi fanti et dinari per mandar nela Morea, che non hano anchor posuto deliberare de essa. Ma io credo, che non farano may altra risposta, cha menar la cossa in longum, fin che vegna kalende de zenaro, chel tochara poy a quelli da Sonzino a riscotre lo datio, nondimeno io non restaro de ricordarlo et farli omni instantia oportuna.

Ala parte de la pace de Franza dichano, che sono molto contenti, perche la pace fa per omni homo pur credo, quando la guerra fuse andata piu in longo, non si seriano pero desperati, perche credo de dir in verita, che duy anni passati non havesero cossa, che piu li despiacessi, pero che universalmente tuti si gloriaveno de la guerra, e dela desfatione del Re, io dico a V. Excellencia quello he lo vero, aloro dico altramente, cioe chio prego i Dio, metta in animo a lo Re, e a tuti quelli Signori de Franza de operare queste loro forze contro lo Turcho, ynimico de la fede etc.

Questa brigata al presente incomenza ad vedersi, che in questo anno sono stati delezati dal Turcho, e che luy na saputo piu, cha lor tuti pero, che ha facto fama voler uscire con l'armata per tenerli su la spesa, como ha facto de quaranta galie, che may lo Capitanio suo, a hauto ardir de metre uno homo in terra per star sempre aparichiato, e poy non he uscito. Et faceva esso Turcho, che uno suo medico chiamato Mastro Jan. Jacobo da Gaieta, diceva queste cosse al suo baylo de Constantinopoli et mostrava dirlilo in secreto per esre gia stato Christiano.

Quindi adesso dichano publicamente, che esso Turcho ha savio consiglio, e che li alcuni Taliani con luy Fiorentini, Zenoese e Ragusei, chi li dano questi consiglij, de quelle parte non lie al presente altro de novo, ne dela pace con dicto Turcho, si dice piu cossa alcuna lie bene stata praticha strecta, et hano facto dir al Papa, che loro sono soli a questa spesa, e tuto lo resto de Ytalia sta ad vedere ne voleno spendere uno soldo, anci da molti sono delezati, et che la sua Sanctita non volle, che loro piglano denari ali preti, quindi lo advisano non fazando altra provisione, che loro piglarano la pace con lo Turcho, como meglio poterano, non credo gia, chel Papa sia bene contento, che fazano pace con lo Turcho, pur non si sa anchor quello habia risposto. Credo, che li respondera alcuna cossa per questi soy Ambassatori da Napoli, quali sono a Roma fin ali III. de questo, et anchor non sono zonti qua a Venetia, e lo Principe me ha dicto, chel si maraviglia, chel Papa li habij tenuti tuto tempo a Roma, pero che loro non haveano a fare cossa alcuna con lo Papa, che lo Re de Ungaria sia con la Signoria in praticha de pace con lo Turcho, non ho inteso cossa alcuna. Anci ho inteso in contrario, como diro apresso.

Per altre mie precedente advisay Vostra Celsitudine, como havea inteso, che lo Imperatore feceva una Dieta con lo Re de Ungaria lo giorno de sancto Mathia. Uno altro pur digno de fede, me ha acertato esse vero, che doveano fare dicta Dieta in Eustot, e chi li dovea etiam venir li Ambassatori del Re de Boemia, e dice costuy piu ultra, che lo Imperatore e lo Re de Ungaria sono de acordio con lo Turcho, e che de la si dice, che ambi duy, lo Imperator e lo Re, vogliano far guerra ala Signoria, lo Imperatore per piglarli lo Frivoly, lo Re per la Dalmatia, e che questo si vedera per experientia infra pochi giorni, pur queste cosse non me payano pero tropo verisimile; me ha bene dicto uno Governatore de Triest, parente del Veschovo de Chieti, che vene noviter da lo Imperatore, et dice, che la Alamania e tuta in pace, e che dicto Imperatore ha messo li Governatori, per tute le sue provintie; ma chel fa voce voler far facti contro lo Turcho, non contra la Signoria, dice bene, chel prefato Imperatore he de malla

voglia contro de questa brigata, et he questo quello messo ha portato quella lettera de lo Imperatore ala Signoria senza alcun titolo scripta in papero, dove solea scrivere in carta de capreto, non so, si i Dio permetesi per li nostri peccati, che extincto uno focho da uno lato, reincomenzasi dal altro. Staro ad vedere, sio sentiro, piu ultra e ne daro adviso.

De l'andata del Ducha de Modena in Bresana non si dice piu niente, et io credo, che questa pace facta in Franza, fara stare omni inimico de pace sopra soy termini, pero che da uno altro canto ho pur inteso, chel prefato Ducha de Modena cerchava de asoldare Bartolomeo Cogliono con li Signori confederati contro lo Re ad instantia del Ducha de Borgogna et Ducha Johanne, ma questa pace aconzara omni cossa.

D. Paulo da Campofregoso he pur a Carpeneto presso de Padua e non ando a star ala inguilara, como fece fama. Ma spesso fa de simile voce, perche niuno intenda li facti soy, e sta li con grande riguardo e pagura; et intendo, che spesso lo manda di soy famigli verso Milano, non so, si passano Adda, ho vadano da Bartolomeo; ma si V. Excellencia fa metre mente ali passi, non sera gran facto, chel si incapa alcuno dessi, quali sono tuti zovane da XX fin in XXX anni, e vano a pede con una zaneta in mano, e parlano zenoese e vestino de panni negri; non he septimana, chel non ne manda uno ho duy. Me ricomando a V. Ill. Signoria. Venetia die XVIIII. Octobris 1465.

Postscripta. He venuto qua ala Signoria uno Conte de Goritia, e la Signoria la receuto con grande honore e festa, et ho inteso, che la prefata Signoria ha mandato per luy. Questo Conte he vicino al Frivoli e alo Imperatore, et ha la lingua todesche, non so si forsi havesero mandato per luy per intendere alcuna cossa de lo Imperatore, staro a sentire alcuna cossa, e ne daro adviso. Datum ut in litteris.

E. V. Ill. Exc. fidellissimus Servitor
Gerardus de Collis.

Illustrissimo Principi etc. Duci Mediolani etc.

(Milánói állam ltár.)

222.

1465. Collis Gellért követ jelentése a milánói fejedelemhez a velenczei ügyekről.

Illustrissimo Signor mio. Per me de XIX. et XII. del passato V. Celsitudine fu ad conpimento advisato de le occurentie de qua, de le qual non cho anchor hauto risposta. Al presente non lie altro di novo, salvo che lo Conte de Goritia, qual scripsi, era venuto qua etc. He venuto per far la fidelita de alcune castele ha in Frioli, quale soy processori ricogosciano dal patriachato de Aquilegia, e luy adesso de novo lia reconoscuto da questa Illustrissima Signoria, como a quella, che ha sucesso ne la tenuta de dicto patriarchato. E cusi domenicha passata con grande solenpnita zuro la fidelita, e lie sta facto grandissimo honore et he partito.

Le prefata Signoria ha novelle dal suo Ambassatore mandono al Soldano, che non la voluto udire, ne recevere alcuni presente li mandava la prefata Signoria, dove si extima, chel sera necessario ho revocare a casa tuti Veneciani, sono in quello paese, ho pagare ducati XXX mille, como luy domanda. Credese, pero che piu presto pagarano dicti dinari, cha habandonar de la.

De la Morea he venuto novelle, che Marbeo con III mille turchi sono corsi fin su le porte de Modono et hano robato anime IIII cento fanti LX et molti bestiame; lo Signor Sigismondo non si glie trovato per essere andato ala Mantegna.

Lo Re de Ungaria per le ultime lettere sue era a Cinquegiesie, dove si dice, che radunava de molte gente, chi dice, chel va ala via de Bosna contro lo Turcho, chi dice, che viene ne le terre del Conte Stefano de Segnia, pero che dicta Cita de Cinquegiese he posta su l'uno e l'altro passo, pur comuniter si extima, che andara in Bossina; ma che per questo ano potera fare pochi fatti. Altro non lie de novo digno de advisa. Me ricomando a V. Celsitudine. Venetia die primo Novembriis 1465.

E. V. Ill. Exc. fidelissimus Servitor

Gerardus de Collis.

Illustrissimo Principi ac Excellentissimo D. D. Duci Mediolani etc.

(Milánói állam ltár.)

223.

1465. A velenczei államtanács határozatai a törökket kötendő béke tárgyában.

MCCCCLXV. die VI. Novembris.

Dubitum aliquod non est, attentis ijs maxime, que hactenus visa sunt, quod ad nullum alium finem Turcus de pace tot vijs tentare nos fecit, nisi causa lentandi provisiones nostras, quod ne consecutum videatur, vadit pars: quod considerato, quod nihil magis Turcum ipsum ad pacem inducere potest, quam bellicus apparatus, in nomine Domini et in bona gratia die luna proximo in majori Consilio per duas manus electionum et scritinium in hoc Consilio fieri debeat unus Capitaneus generalis maris loco Ser Jacobi Lauredano et ect.

\+ 125 — 20 — 7.

MCCCCLXV. die VI. Novembris.

Ser Vitalis Lando
Doctor et miles
Sapiens t. f.

Quoniam necessarium omnino est, investigare omnem possibilem modum imponendi finem huic periculosissimo Turcico bello, nonmodo ob intollerabiles conditiones ipsius et nostras, et defectum aliorum christianorum a subsidijs tante molis, verum etiam ob insidias, que undecunque adversus nos tendi videntur, vadit pars:

Quod non expectando ulterius adventum Jacobi de Bona, cujus terminus jampridem est elapsus, nec fundantes nos in practica ulla Sancte Maure, utpote in ea, que ab experientia animadversa est, non modo longissima, sed etiam vana, omnes de Collegio, sub debito sacramenti, die crastina ad hoc Consilium, cum opinionibus suis venire teneantur, et ponere partem pacis ineunde cum Turco, illis alijs celioribus et melioribus modis, qui videbuntur; et differatur scribi in Hungariam,

quousque hec materia pacis erit expedita, ut conformius responderi possit.

De parte 25.

MCCCCLXV. die VI. Novembris.

Sapientes Consilij et » t. f. excepto Ser Vitale Lando Dr. et milite	Quoniam ex conditionibus rerum, et temporum occurrentium facit pro nostro Dominio, expedire hinc nuntium D. Leonardi Despoti de Sancta Maura,

qui diu hic stetit, considerato etiam, quod Jacobus de Bona Raguseus, qui ad nos redire debebat, non est regressus, propterea vadit pars, quod mittatnr pro nuntio ipsius Domini Despoti Leonardi, sibique dicatur, quod si distulimus in hanc usque diem eum expedire: id principaliter fuit, quia nobis decens visum est, causam sui ad nos adventus communicare cum Serenissimo Rege Hungarie, confoederato nostro, unde dicimus, quod in bona gratia redire potest ad Dominum Suum, sibique nostro nomine explicare, mentem nostram bene dispositam esse ad pacem cum Turco; verum mittere ob id ad ejus presentiam Oratorem nostrum non videtur nobis; ideoque notificare potest Flambulario, qui sibi dici fecit ex parte Domini Turci de pace predicta, quod de hac intentione nostra Domino Suo quamprimum dare potest noticiam, et dare operam, quod mittatur Orator ipsius Turci cum pleno mandato Ragusium, seu ad alium locum, ibi proximum. Et de deliberatione et tempore missionis ipsius Oratoris quamprimum advisare prefatum Dominum Leonardum, ut subito nos informare possit, qui providebimus, quod etiam ad illud tempus erit Ragusij, seu ad illum locum proxime noster Orator cum mandato. Et id ipsum pro parte sua faciet Serenissimus Rex Hungarie.

\+ 93 — 18 — 11.

(Velenczei államkönyv 122. l.)

224.

1465. A velenczei államtanács magyarországi követét a török által ajánlott békekötés tárgyában szándéklatairól tudósitja.

MCCCCLXV. die VII. Novembris.

Oratori ad Serenissimum Regem Hungarie.

Sapientes Consilij » t. f. excepto Ser Vitale Lando

Litteris vestris diei XVIII. Augusti nuper decursi, significastis nobis, appulsum vestrum ad Regiam Majestatem Hungarie, expositionem per vos factam, juxta instructionem vobis datam, et reliqua gesta per vos, in executionem mandatorum nostrorum, pro quibus omnibus, que nobis admodum placuerunt, consuetam prudentiam et studium vestrum laudamus et merito commendamus, si que hactenus responsum vobis dare distulimus, id solum fuit, ob recessum Serenissimi Regis ex Buda, quem ob inconvalescentiam vestram sequi non potuistis.

Intelleximus inter cetera, quantum scribitis, ultimate respondisse vobis Regiam Majestatem circa ea, que pertinent ad pacem cum Turco, videlicet, quod Sua Serenitas ex sapientissimis verbis et rationibus per eam vobis explicatis, consideratisque consuetis astucijs et artibus Turci, commemoraverat, pro tercio loco hujus pacis tractande civitatem Ragusij, vel alium locum proximum, ut intelligi possit, si Turcus realiter ad rem istam procedere vellet: id profecto nobis admodum placuit audire, concurentesque in hanc ipsam sententiam, de ipsius tercii loci electione, advisamus vos, quod cum hic esset Orator Domini Leonardi Despoti de Sancta Maura, ut nostis, missus ad nos, ex causa hujus pacis, quem ob hoc specialiter hic tenuimus: deliberavimus eum expedire cum hoc, quod rediret ad Dominum suum, sibique nostri parte referret, quod si distulleramus eum expedire, id processerat principaliter, quia decens nobis visum fuerat causam sui ad nos adventus communicare cum Serenissimo Rege; quoque eramus bene dispositi ad pacem cum Turco, sed mittere ob id ad eum Ora-

torem nostrum non videbatur nobis, et hujusmet sententie esse tenebamus prefatam Regiam Majestatem. Ideoque notificare poterat Flambulario, qui sibi materiam hujus pacis commemorari fecerat, quod de hac intentione nostra Domino suo noticiam dare poterat, dareque operam, quod mitteretur Orator ipsius Turci Ragusium, vel ad alium locum ibi proximum cum pleno mandato; et de deliberatione et tempore missionis et ect. De quibus omnibus contenti sumus, et volumus, quod in ea bona et accomodata forma verborum, quam magis utilem esse noveritis, Serenitati Sue noticiam detis.

Sicut a Romano Pontefice nuper accepimus, intentionis Sue esset, quod nulla pax fieret cum Turco, sed quod bellum cum eo continuari deberet, circa quam rem etiam scripsisse asserit ad Regiam Majestatem Hungarie, ut sibi rem istam prohibeat. Nos autem, qui ex necessarijs causis et respectibus vobis nobis, in proposito nostro habende pacis, si ita esse possit, persistimus: volumus et mandamus vobis, quod si per Serenissimum Regem, seu per aliquem ex suis, diceretur vobis quicquam de ista materia, justificetis et honestetis cum verbis et rationibus in instructione vestras contentis, et cum de alijs, que pro vestra prudentia noveritis huic rei magis posse conferre; et signanter cum expeditione, quam sicut prediximus, jam dedimus Oratori Domini Despoti de Sancta Maura, ex consensu Majestatis Sue.

De quanto autem habebitis circa premissa, curiosus eritis, literis vestris nos certiores efficere.

\+ 92 — 18 — 11.

(Velenczei államkönyv 122. l.)

225.

1465. Collis Gellért velenczei követ jelentése a milánói fejedelemhez főleg a török ügyek tárgyában.

Illustrissimo Signore. Sono zonte qua XV galie de l'armata per disarmarsi, quale sono vacue de homini et mal in puncto. Lo Principe me ha dicto, che in la dicta armata ne sono anchor rimaste XXX, bene che da altri intendo, ne sono remaste si non XXV; la Signoria ha ellecto novo Capitanio de dicta armata Messer Aloisi Lordano, e cusi como l'altra volta, chel fu Capitanio, fu persequitato et mal menato per li consigli et fu ad pericolo far male li facti soy. Adesso he stato ellecto con grandissima speranza, chel faza di facti asay e relevati et he stato proposto in grande Consiglio a tuti li altri, ha dicto publicamente in Consiglio, che si li dano XXV ho XXX galie et sey nave da secento botte in suso, che li bastara l'animo passare lo Dardanelo et andare fin a Constantinopoli; ma pare, che la Signoria habia facto altro pensiero. Cioe chel non atenta piu quello passagio, perche he pericoloso, ma fano conto de darli XL galie al tempo novo et VI nave, et mandarli tanta gente, chel faza de novo lo muro de la exmilia, qual luy principio altre volte, parandoli omni altra impresa supervacua, non si fazando quello muro, et stano de continuo sopra lo recatto del dinaro, hano gia piu volte parlato in pregay de metere questo anno a venire due decime, dele quale riscoterano ducati III cento mille, cioe cento L. per caduno, item vogliano e spendre tuti li dinari del deposito, che sono ducati XXVII mille lo mese, et anchor dichano, non bastarano, pare che la praticha de la pace con lo Turcho sia in tuto habandonata, e non si ne parla piu anci, me dice lo Principe, che per cossa alcuna non vogliano pace con quello perfido ynimico de la fede, et che de presenti mandano ducati XL milia al armata et ala gented'arme, quali li impresta la piu parte Johane Sopranzo et Piero Gueruci senza alcun interesse, poy li riscotano loro da lo offitio del sale, ala giornata.

Hogi debe zonzre lo Ambassatore del Soldano, qual fu qua la estate passata per lo acordio de Roddi; et dicesi, che lo acordio he facto, e chel torna per confirmari li capituli ha la Signoria con lo dicto Soldano; ma io ho inteso da uno altro canto, chel viene per fare acordio et liga con la Signoria contra lo Turcho. E questo me pare piu verisimile, perchio so, che ala partita sua de qua lo Principe lo caricho molto de questa praticha, demostrandoli, che levemente lo Turcho poria farsi Signore de la Soria, et dicto Ambassatore gli ne diede speranza, pero che questo Soldano he Albanese de la Morea, et me ricordo, che de tute queste cosse fin alora ne diede notitia a V. Celsitudine ho posto tal ordine, che de omni cossa si agitara, ne sero advisato, et del tuto ne daro notitia a V. Excellentia.

Ho parlato con uno zenoese, che novamente viene da Constantinopoli e Pera, et dice haver veduto lo Turcho, qual he facto molto piu grasso de lo usato; ma che de la si fa, pocha extima de la guerra de la Signoria, e che lo Turcho cavalcha per la cita con IIII homini VI cavali, e che ha inconmenzato dare audientia publica, e non he may, che ala sua porta non li sia piu de XII mille persone io li spiay, perche casone non havea facto guerra, ne usito in campo questo anno, risposi, chel non sapea, ma che luy havea adteso a fare galie, et che ne havea piu de cento bene in poncto de armamento et homini da remo. He vero, chel non havea cusi lo modo ali comiti e sopracomiti, ma che paria, che omni suo pensiero fuse dal canto da mare; dice etiam, che in Constantinopoli e de la era questo anno grandissima carestia de formento, e che male haria facto si li Zenoesi de casa con le lor nave, non li navesero portato grande quantita e portaveno tuta via.

De L'Ongaro non si sente cossa alcuna certa. Me ha bene dicto lo Principe, che li soy Rectori da Retemo li hano scripto, chel Re passava la Sava lo giorno de sancto Lucha, con grande numero de gente; ma li dano fede per non haver lettere da li Ambassatori soy.

Lo acordio facto con lo Soldano, dichano non haver pagato niente de quelli ducati XXX mille, gli domandava;

ma io pur sento da canto, che li ano promesso ducati XIIII mille, ma dichano cusi per sua maior reputatione.

Lo Canzelero del pretenso Archiepiscopo he partito da qua senza risposta. Ma in questa hora me ha dicto lo amicum, che la Signoria ogi ha mandato a Padua per luy chel torna. Et debe essere qua ogi, ho domane, de quello, che piu ultra sentiro, che farano ne advisaro V. Excellentia, ala qual sempre me ricomando. Venetia die XIIII. Novembris 1465.

La terra quanto per la peste sta bene.

E. V. Ill. Exc. fidelissimus Servitor Gerardus de Collis.

Illustrissimo Principi etc. Duci Mediolani etc.

(Milánói állam ltár.)

226.

1465. A velenczei államtanács magyarországi követét felhívja, hogy Mátyás királyt seregével a Száva folyón való áttörésre ösztönözze, egyúttal tudósitja a narenti és krajnai részek birtokba vétele iránt.

MCCCCLXV. die VI. Decembris.

Ser Francisco Venerio Oratori in Hungaria.

Sapientes Consilij
» t. f.

Scripsimus vobis ad diem VII. mensis Novembris proximi litteras nostras, quarum exemplum his nostris inclusum impresentiarum ad vos mittendum curavimus. Post quas quidem nihil ad hunc diem vobis scribendum duximus, propterea quod intellexeramus Serenissimum Dominum Hungarie Regem in Bossinam transisse; nunc autem facti certiores Majestatem Suam flumen Save handquaquam trajecisse, scribendum vobis constituimus, volentes et mandantes vobis cum nostro Consilio Rogatorum, ut si nondum Sua Serenitas Budam pervenisset, sublata mora ad eam conveniendam contendere debeatis, apud eam commorantes, quomodo presentia vestra rebus in dies occurrentibus, conferre admodum poterit, quemadmodum pro prudentia vestra vos optime considerare

non dubitamus. Cui Serenissimo Domino Regi, nisi per vos autehac actum hoc esset, volumus: ut coram et viva voce, explicetis ea, que per suprascriptas litteras nostras Majestati Sue per vos mandavimus declaranda. At quomodo Narrentam et Crainam nostro Dominio se se ultro dedentes hisce diebus accepimus, assentiente maxime Illustri Domino Duce Stephano, qui cum intellexisset, nonnullos rebelles suos eorum locorum cum Turco intelligentiam habere, maluit ipsa loca pro bono christianorum in ditionem nostram venire, quam Turci imperium accipere, si forte hac de re aut per Regiam Majestatem, que ab Raguseis stimulata, super hujusmodi materia nobis suas literas scripsit, quarum exemplum vobis presentibus inclusum mittimus, aut per alium quempiam quicquam vobis dicetur: volumus, ut justificetis et honestetis causam nostram suprascriptis et alijs rationibus, que vestre prudentie accommodate et utiles videbuntur.

+ 156 — 0 — 1.

(Velenczei állam ltár 125. l.)

227.

1465. Collis Gellért velenczei követ egyebek közt a magyar ügyekről is tudósitja a milánói fejedelmet.

Illustrissimo Signore. Ali VI, de questo ho recevuto una de Vostra Excellencia date al ultimo del passato, continente tre cosse; la prima de la licentia de VII mille somme de formento, ha concesso V. Excellencia . . . . et dato il modo ad D. Domenico Belono, como il si habij a fare etc. La secunda ha . . . . le zanze, sono dicte de Bologna, che non sono vere; item como la Maesta del Re de Franza era . . . . poy venira ad Burges in Berri con la Regina. Item chio solicita la expeditione de la taverna da Sonzeno. Tute queste cosse ho facto intendere a la prefata Signoria......*)

---

*) A hosszú levélből hazánkat csak kevés pont érdekelvén, a többi pontok elhagyattak. Szerk.

Alaltra parte de Bologna me ha risposto, che como dice V. Excellencia prudentissimamente, non si po tenere le lingue d'altri, e che loro credano essere vero, quanto scrive V. Ex cellencia, ne may serano de altro parere, cha de quello medesimo he V. Ill. Signoria de conservare la amicitia et benevolentia e la pace de Italia. Ala parte de Franza, che li piaze, che in quello paese sia bona pace. Al facto de la taverna Sonzino, hano facto cerchare le littere, che altre volte scripsero li Bressani sopra cio et hano promesso spazarla questa septimana infalanter, io non li mancharo de solicitudine, et credo pur ateso le large promesse me hano facto, chio la reduro ad bon fine.

Questa littera ha scripto V. Celsitudine, he stata in tempo et molto ha mitigato li animi loro, pero che domandando io al Principe, si liera alcuna cossa de novo; me dixi che voleano far questo ano major armata, che anchor havesero facto, et che haveano novella certa, chel Turcho era mal conditionato de la persona, chel non poteva piu andare in campo per essere grasso et ingotato di pedi, et ultra questo havea grandissima carestia nel suo paese; io credo, che V. Celsitudine habia facto bona spesa adconcedeli questa licentia, anchor che forsi da altri, ne haveria hauto forsi ducati IIII mille, perche questa cita fin ad Bergamo he malissimo conditionata de formente, et non he cossa, che piu li retraga dala impresa del Turcho, quanto il deffecto dele victualie. Advisando V. Excellencia, chel prefato Principe me ha dicto, che lo Papa alo qual loro haveano richiesto la tracta de cento millia stara, dice che glia dato fin qua parole generale, ma non anchor certeza niuna, dice bene che stano in speranza haverne almancho LX mille stara. Ma chi dubitano, che questa impresa de Cisena non gli inpaza cioe, chel Papa non dicha haverne bisogno per luy per lo exercito suo. Dopoy me dixi lo Principe da luy a me, che non si inpazando V. Excellencia ne loro de Cisena, che lo Papa la piglara, io li resposi, che me paria de si pero, chel Magnifico Roberto non era pottente da luy ad resisterli, il dixi: nuy vederesimo pero voluntieri, che la fuse de li Malatesti dove he stata gia III cento anni, ma nuy cognosiamo questo Papa essere de uno grande animo et voler quello vole,

et poy non thocando questa cossa a nuy ne deliberamo non si inpazare per cossa alcuna, non si intende pero, che la gente del Papa habia facto altra novita contro de Cisena dopoy la prima coraria, anci me ha dicto questa sera lo amicum, che le sta scripto qua, che quelli de la giesa doveano levar le offese.

Da uno altro canto intendo, che lo Turcho ha piglato questo anno tuto lo paese del Caramano, che luy havea ne la piana de la Cilitia, et era reducto con pocha gente ala montagnia verso lor Bitinia paese de Signore Scandeloro, e che esso Turcho he adesso Signor in la Natalia ho Assia major de tanto paese, che faceva IIII reame al tempo de Romani, le provintie chel tiene sono queste tuta l'Asia minor, che faceva uno reame, tuto lo poncto, che faceva un altro, et parte de la Galogretia, che confina con . . . stb.

Ho voluto . . . . pare qual sia la casone de la venuta del Re de Ungaria ad Ragusi, pero . . . . questo anno may ho posuto cavare alcuna nova del prefato Re et trovo per . . . . de fede, che lo prefato Re ha usato molte arte per condure lo Ducha Stefano de Bosna . . . . qual Ducha ha presso tuto lo suo paese excepto V ho VI castele ala montagnia verso la Dalmatia, ma ha fama haver molto thesoro acumulato, forsi piu de uno milione d'oro, e lo dicto Re li fa careze per haver li soy dinari, quindi noviter hano facto certi pacti insiema, in li quali lo Ducha Stefano da al Re Castelnovo fortissimo, e certe altre castele et ducati XL mille lo Re gli da Isagabria, et certe altre terre in Ungaria, dove venendo lo prefato Re ad piglare la possessione de dicto Castelnovo, lontano da Ragusi, si non XL miglia, ha deliberato venir fin a Ragusi per essere amico et protectore de Ragusey pur non he, che questa soa venuta, non habia dato alcuna umbra et suspecto ad questa brigata, per Spalatro, Zara, Cataro et le altre terre, che tengano in Dalmatia, che gia funo del dicto Re, ho soy passati. Et de novo gli mandano uno Ambassatore chiamato D. Antonio Dandalo doctore.

Sono etiam stato vigilante per intendere, quello haveano referito li Ambassatori tornati da Napoly, quindi io trovo, che dele cosse et triumphi facti ad Napoli, loro non li ano

pero facti si excellenti quanto si aspectava et quanto he stato dicto per altri. Pur tosto inculpando la Maesta del Re de alquanto parsimonia, cha de tropo largata.

Item de le cosse del Papa ano dicto, chel vole spendre contro lo Turcho ducati cento milia, como ha promesso e piu sil bisognara, e chel non acumuli dinari, si non ad fine de questa impresa et li comossi, che dicesero ala Signoria, non volesero gravari li preti de tante decime, como fano, e che fecessero in questo, quello luy comandava, adcio che questo fuse exemplo ad altri Signori, che non dicesero, che li soy Veneciani non li vogliano ubedire etc. stb. . . . .

Ulterius secondo intendo . . . . . stb.

Venetia die VIII. Decembris 1465.

E. V. Ill. Exc. fidelissimus Servitor
Gerardus de Collis.

(I posti puntati sono strazati.)

(Milánói állam ltár.)

228.

1465. Collis Gellért velenczei követ jelentése fejedelméhez a velenczei magyar ügyekről.

Illustrissimo Signore. Per mie de VIII. del presente V. Ill. Signoria resta advisata de le occurrentie, de qua dopoy non glie de novo, salvo che questa Ill. Signoria ha piglato ala sua hobedientia e dominio una montagna, che si chiama la Cranea in confine de la Corvathia et Dalmatia tra Spalatro et Ragusi et sono parechij castele, e li homini del dicto paese, si li sono dati de volunta et hano mandato qua soy Ambassatori a fare la fidelita, ali quali Ambassatori hano facto grande honore, vestiti de novo et fati duy cavalieri, ho pur inteso, che ne li Ragusey ne lo Re de Ungaria, non sono gia bene contenti de questa novita, perche partineano alo governo de dicto Re, la prefata Signoria non me ha pero dicto cossa alcuna de questo facto, ne a me, ne ad altro Ambassatore, che

sia qua; anci hano facto questa cossa quasi secreta, et li mandano uno Rectore con ducati III cento l'anno; ma io lo saputo quam primum he stata facta, che fu eri sera conclusa.

Lo prefato Re de Ungaria de presente manda qua uno suo Ambassatore, qual dopoy andara ad Roma, si extima, chel vegnia per dinari, non so sil fara lamenta de questo facto staro a vedere, como il sera zonto. Et si dice, chel viene etiam lo Archiepiscopo de Candia, qual era legato del Papa in Ungaria, et con loro andara ad Roma Messer Bernardo Justiniano, he stato qua in giorni passati uno cortesano del Marchesi di Mantua, alo qual ho facto metre mente si lo andava da la Signoria et trovo che non, ma sollo esre venuto per comperare drapi d'oro et de setta, e cusi he partito con parechie capse de quelle, del facto de Cisena, non si dice piu cossa alcuna, la Signoria ha mandato la licentia al Signor Sigismondo, che ritorna in Ytalia.

Questa nocte passata ho incontrato uno stranio caso, al fante di mercatanti Milanesi, qual venendo de nocte et essando smontato de barcha per andare a lozamento, fu asaltato da uno, che li feceva conpagnia et la ferito a morte e toltili le bolze con ducati III mille, e non si conosce, chi si sia. Si gli fa pero omni provisione oportuna per trovarlo, altro non ce de novo, me ricomando a V. Excellencia. Venetia die X. Decembris 1465.

E. V. Ill. Exc. fidelissimus Servitor
Gerardus de Collis.

Illustrissimo Principi ac Excellentissimo Domino Domino Duci Mediolani etc.

(Milánói állam ltár.)

229.

1465. A velenczei államtanács István fejedelemnek a veszélyeztetett Novigrad várához segélyt rendel.

MCCCCLXV. die XVII. Decembris.

Comiti Catari.

2 Sapientes Consilij 3 » t. f. Sapientes Ordinum	Quia hac hora, ad nostram noticiam pervenit, castellum Ill. Ducis Stephani reperiri in maxima angustia et peri-

culo esse, ne in manus alienas deveniat: providimus subito remittere istuc ad vos festinantissime presentem triremem nostram, prefecto Nobili Viro Ser Christophoro de Priolis, pro securitate et subsidio dicti loci, et rerum nostrarum istinc et ect.

+ 96 — 0 — 0.

Die suprascripto. Ill. Domino Duci Stephano.

2 Sapientes Consilij 3 » t. f.	Audito hoc die, Castellum novum Excellencie vestre in maxima angustia

reperiri, et non parum periclitari, ne in alienas manus deveniat: subito remittendam curavimus ad illa maria triremem nostram, quam inde, causa negotij nostri, non parvi momenti in Istriam accieramus. Ac item scripsimus et commissimus Comiti nostro Catari, ut providere securitati et conservationi dicti loci debeat, et omnia facere, ne in alienas manus deveniat, quod ideo fecimus, quia bonum et securum statum Excellentie vestre non secus, quam nostrum proprium pro mutua nostra benivolentia et conjunctione existimamus, denotando Excellencie vestre nos jam designasse Oratorem nostrum ad Vestram Ill. Dominationem, qui hinc ad quatuor dies expeditus discedet.

+ 96 — 0 — 0.

(Velenczei állam ltár 127. l.)

230.

1465. A velenczei államtanács válasza Mátyás király követének az igért segélypénz tárgyában.

MCCCCLXV. die XXI. Decembris.

Sapientes Consilij » t. f. excepto Ser Vitale Lando Dr. et M.	Quod Rev. patri Domino Georgio Preposito Quinque-Ecclesiarum, Artium et Decretorum Doctori, Oratori Serenissimi Regis Hungarie, qui ad

presentiam nostram venit, exhibuitque nobis literas Majestatis, Sue, lectas isti Consilio, et oretenus etiam exposuit, quantum isti Consilio declaratum est, respondeatur:

Quod intelleximus gratissime literas Regie Serenitatis Hungarie, et quantum verbis Sua Reverenda Paternitas eleganter nobis exposuit; et quidem tam intuitu Regis, cui singulariter affecti sumus, quam respectu persone ipsius Domini Oratoris, vidimus eum perlibenter, tum etiam, quia Rev. Archiepiscopus Cretensis Legatus apostolicus, nuper regressus a Rege, nobiscum et de Serenitate Sua, et in specie de ipso Domino Oratore multa digne, et honorifice locutus est. Regiam vero deliberationem mittendi impresentiarum Paternitatem Suam ad Rom. Pontificem ex necessarijs causis, sapientissimisque respectibus, per Oratorem ipsum explicatis, laudamus et merito commendamus, ut sicut commemorat Sua Majestas circa expeditionem anni proxime futuri, ita sufficienter et tempestive provideri possit, quod semel ab istis laboribus et angustijs Serenitas Sua, et nos, ac alij christiani liberari possint. Alias vero de alijs remedijs cogitandum sit; quomodo stantibus Majestate Sua et nobis, in continuis oneribus hujus gravissimi belli, ut loquamur de nobis, licet simus, — et pro quanto semper poterimus, — futuri simus, prompti et ardentes, ad omnia facienda contra hostem, cognoscimus tamen rebus sic procedentibus, difficillimum nobis esse, tot impensas, et gravedines tollerare posse, que mundo satis manifeste sunt; unde sicut diximus, ut jam tandem per Suam Serenitatem et per nos, videri possit exitus tante rei, non satis laudare pos-

sumus prudentissimam deliberationem Majestatis Sue, mittendi ipsum Oratorem ad S. Pontificem, ad quem nos etiam ob id presertim quamprimum missuri sumus Oratorem nostrum, ut casu, quo sufficienter provideatur, fieri possint, quecunque fienda sunt. Aliter inter Majestatem Suam et nos, sicut mutuam charitatem et bonam unionem nostram decet, cogitandum nobis et consulendum sit, de alijs remedijs opportunis, communibus commodis, et saluti utriusque status. Poterit ergo ipse Dominus Orator proficisci ad Summum Pontificem, per cujus reditum omnia melius intelligentur, et consultius deliberari poterunt.

+ 88 — 2 — 1.

MCCCCLXV. die XXI. Decembris.

Circa partem pecuniarum, quas petit: dicimus, desiderium nostrum fuisse et esse in cunctis Majestati Regie complacere posse; verum, sicut prediximus, anno isto gravedines et impense nostre longe majores fuerunt, ex periculis antedictis, quam putabamus, et quam fuerint per elapsum; sicut per apparatus tam maritimos, quam terrestres, quos hostis contra nos fecit, manifestum est; nam cum hostis aliunde anno isto non fuerit molestatus, convertit magnam partem suarum virium contra nos; nichilominus, sicut alias dici fecimus Regie Majestati, conabimur de tempore in tempus juxta exigentiam rerum complacere Serenitati Sue, cui multum afficimur, omneque decus et gloriam suam non minus, quam propriam existimamus.

Si orator ipse replicaret, et de novo insisteret circa premissa, justificari et honestari rursum debeat hec nostra responsio, sicut fuerit opportunum.

De hac quoque deliberatione nostra detur noticia Oratori nostro in Hungaria.

+ 106 — 0 — 0.

MCCCCLXV. die XXIX. Decembris.

1 Consiliarius
2 Sapientes Consilij
2 » t. f.

Post responsum datum Oratori Serenissimi Domini Regis Hungarie, juxta deliberationem istius Consilij multum Orator ipse justificare studuit, in facto pecuniarum

sibi promissarum causam Domini sui, et expensas factas per eum anno presenti, ingentibus armigeris, et quecunque per Majestatem Suam secuta, ideoque verbis efficacissimis institit, provideri sibi de pecunijs juxta promissa, cum quibus succurrere possit gentibus per Suam Serenitatem conductis; et omnibus consideratis non sit permittendum, quod Orator ipse discedat absque aliquo grato nostro responso. Propterea vadit pars: quod illis bonis et pertinentibus verbis, que Collegio videbuntur, honestetur et justificetur responsum pridem per nos factum, ipsi Oratori; commemorentur quoque sibi gravissime impense nostre; et demum dicatur sibi, quod quanquam presenti tempore difficillimum nobis sit, recuperare pecunias, conabimur tamen, per reditum suum ab Urbe reperire florenos X millia, mittendos ad prefatam Regiam Majestatem.

+ 113 — 1 — 8.

5	Sapientes	Consilij
2	»	t. f.
1	»	Ordinum

Quod attentis ijs, que in materia pecuniarum, que impresentiarum requiruntur per Oratorem Regie Majestatis Hungarie, merito considerari debent, et melius intelligi, quam aliter explicari possint, stetur super justificata responsione nostra, pridem deliberata, per istud Consilium que cum rationibus captis et etiam cum alijs, que Collegio videbuntur, honestari debeat, sicut opus erit.

De parte 58.

(Velenczei államkönyv 127. l. Doc. II.)

231.

1465. Collis Gellért velenczei követ a milánói fejedelmet Mátyás király házassági ügyeiről, és a török-magyar ügyekben a velenczések üzelmeiről tudósítja.

Illustrissimo Signore per l'altra mia precedente advisay Vostra Celsitudine, como essando zonto qua lo Veschovo de Candia, io lo andaria advisitare per intendere alcuna novella de Ungaria, e cusi ho facto; e quanto de luy ho posuto cavare,

he questo, che lo prefato Re non po fare facti contro lo turcho, per cusi pochi dinari, quanto ha havuto, quali etiam zonsero asay tardi, et che volendo, chel dicto Re faza facti, bisognaria havese al mancho ducati tre centomille per anno. Item me dixe, chel prefato Re non havea tolto mogliere, che lo era bene stato in praticha de piglare una figlola del Ducha de Saxonia, nepote delo Imperatore, et un altra figlola del Marchese Federicho de Brandiborg; ma che tanto .... li Baroni soy, e lo Consiglio havea deliberato, chel non si maritase in Alemagna, ma chel si sperava, chel piglaria una figlola del Re de Polana, suo vicino. Altro non intese da luy e si ricomanda ad Vostra Excellencia, de la qual dice, essere stato soldato etc.

Io per altra via ho havuto notitia, de quanto ha facto, et dicto lo prefato Veschovo in questa sua legatione de Ungaria, pero che luy ha uno Capelano e Canzelero, qual e da Casignana et he alquanto mio parente, e Magnifico Ambrosio Grifo lo conosce, lo qual me ha dicto omni cossa, et he homo da bene achi, si po dare fede. In prima dice, che quando lo prefato Veschovo ando in Ungaria, la Signoria li fece una strectissima commissione, che con omni industria operasi, che lo Re non fecesi parentato con Vostra Celsitudine, et dice che la Signoria cavo questa cossa de bocha a quello Messer Benedecto, che fu a Milano per questa praticha. E cusi lo dicto Veschovo opero, quamprimum fu zonto dal prefato Re, passati poy alcuni giorni, dice, che viene lo Strigonia per parte lo Re, dal Veschovo, e li mostro una minuta de littera, qual havea ordinato lo Consiglio del Re per mandare ad Vostra Excellencia, in la qual si contineva, como li Baroni e lo prefato Re haveano deliberato de maritarsi in le parte sue, de la attento maxime la pocha etate de la inclita vostra figlola, e lo prefato Veschovo risposi, che la stava bene, e che la mandasero. Quindi me dice questo Capelano, chel non sa mo, si dicta lettera fuse mandato ad Vostra Excellencia, ho non; che forsi haveriano posuto fare questa minuta per satisfare ala domanda de la Signoria; ma dice bene, che lo Re he molto inclinato a far parentato con Vostra Excellencia, e cusi la maior parte de li Baroni e molto piu la madre del Re, la qual

piu volte ha voluto parlare con esso Capelano, e demostrava essre tanto desiderosa de questa cossa, quanto dir si potesse; e dice, che ora seria lo tempo de ultimare questa cossa, per quello udira Vostra Excellencia de sotto.

Item me ha dicto, che lo Papa de III giorni havanti, che loro si partisano de Ungaria, scripsi uno breve al prefato Re, quali li fu lecto per lo Veschovo de Candia, et contineva dicto breve questo in sobstantia: Como lo Papa havea inteso da piu parte digne de fede, che la sua Maesta havea facto pace con lo turcho ad instantia et sugestione di Veneciani, la qual cossa li era molesta, quanto dir si potesse, e che da hora luy lo confortava, et carichava a ronpre dal pace, e capituli, che li fuse intervenuti, et si li era alcun vinculo de sacramento, che da mo, lo Papa lo absolvea et liberava da omni vinculo, confortandolo ala dicta impresa, che dal canto suo non li mancharia etc. Lo prefato Re li fece una risposta; forsi non mancho, savea, cha la proposta, e dixe: che le ben vero, che li Ambassadori del turcho sono stati da luy, e gli ano offerto honorevoli partiti, vogliando luy far pace; ma che luy non lia voluti acceptari, ne faria una tanta cossa senza saputa de la sua Santita, he ben vero, chel si doleva grandamente, che metando luy, non solo lo stato; ma la persona propria, ascoto per questa impresa, chel fuse si mal adiutato, quanto le, e che advisava sua Santita, che non si fazando altramente provisione, che sia facto fin qua, quando vedara non poter far altramente, fara como potera. La Signoria ha saputo tute queste cosse dal Veschovo de Candia, e non credo gia, chel Papa fuse contento, chel a Signoria lo sapese.

Apresso me ha dicto lo prefato Capelano, che ala partita loro, lo Re de Ungaria havea mandato duy soy Capitanij, uno Paniano et un altro Rosgoniano, con cavali V mille in Bosna, per piglare lo stato del ducha Stefano; item per piglare quelle terre, le quale si sono date noviter ala Signoria, de le qual scripsi per una mia de X. de questo, chiamata la Montagnia de Cranea, e lo paese si domanda Narentha, e dice, che lo Re ha deliberato omnino de haverle, perche sono de Raguseij, che sono soy censualy, in suma custuij tiene, che habia asequire guerra tra lo Re e la Signoria, e sil non fuse

la speranza de haver adiuto da la Signoria, non seria stato tanto.

La prefata Signoria ha facto una risposta a questa Ambassadore del Re de Ungaria, qual he venuto noviter con lo Veschovo de Candia, per domandar dinari, secondo le conventione de de la liga loro etc., qual he stata questa, como he vero, che li debano dare ducati LX milla l'ano, li qual si debeno spendre secondo richidera il bisogna de la dicta inpresa. Quindi loro considerando essere maior bisogno defendere questa inpresa dal canto da mare, cha dal canto de Ungaria, dove non sie facto may alcuna cossa digna: hano deliberato questo primo tempo fare una armata potentissima et etiam mandare gente asay da cavalo et a pede in la Morea, quindi essando loro gravati de tante spese, sano, chel prefato Re stara patiente, quando da loro non havese quello sopsidio, seria da lor volunta, tuta via lo confortano, chel vada dal nostro Signore lo Papa, lo qual non havando altra spesa, lo potera meglio subvenire, cha loro; poy ala tornata sua seriano in siema aparichiati a far omni bene possibile e con questo l'ano licentiato, ma li ano tolto li tre quarti de la speranza de darli piu dinari, ne si crede gli, ne diano piu, la Vostra Excellencia ha mo inteso il tuto.

Io scripsi l'altro giorno ad Vostra Excellencia, como Pantolfo, fratel del pretenso Archiepiscopo de Zenua era andato con XII persone ad Ferara, et havea con luy duy bandezati etc. ho inteso, che uno si domanda D. Petro dal Careto, non so, sil sia quelo dal Zengio, non eri l'altro lo prefato Pantolfo torno qua ad Venetia, et dixe alo amicum, che era stato a Ferara et havea parlato con lo ducha de Modena, qual gli havea facto grande careze et acoglianze, e sperava, chel pochi giorni li facti soy passarano bene, altro dice, non li pote cavare, perche non si demoro qua niente, e torno a Padua, dove e lo pretenso; lo amicum he andato a far la festa con lo conte Carlo, e poy venira ad Padua lio dicto, chel faza de intendre alcuna cossa, e cusi fara lo prefato Ducha de Modena per mostrare, chel faza asay fazendo, ha facto invitare lo Ambassadore del Soldano ad andar da luy; perche havea ad parlare con esso; ma luy non glia voluto andaro, perche dice, non

haver comisione dal Soldano, si non ala Signoria, ma per compiacere al prefato Ducha, e etiam per speranza de haverne qualche comodita. Gli a mandato uno de li soy famegli, qual he de li Mamaluchi del Soldano, et he pavese da Chiastezo, ma he renegato et ha mogliere e figloli al Cairo, et fu regazo de talian Furlano, e glia mandato adonare duy gati dal moscho ho Zibeto uno Baboyno.

Del turcho non lie altra nova, salvo, che noviter luy ha facto uno Re in Bosna, lo qual si domanda lo Re Mathia, e fu gia Barone de l'altro Re de Bosna, mo he renegato e ha mogliere ad Constantinopoli. Lo prefato turcho, pieno de omni malitia, si tiene habia facto questo Re, non ad altro fine, salvo, che vedendo luy, non poter haver Iayza et senza essa non poter tenere la Bosna sicuramente; ha pensato far questo Re novello ad cio, chel paya al paese, haver lo suo antiquo governo; e perche Iayzi he naturaliter ynimica de Ungari, vol temptare, si per questa via la potese far sottometre al dicto Re, che per consequens seria poy sobiecta al turcho. Altri vogliano dire, chel cerca pace con omni homo, per chel si vede inhabile de la persona, et dichano, chel suo figlolo maior Armorato, ha robato la mogliere del Bassa de Romania, qual he homo sapientissimo e lo governo del turcho, e la conducta in la Natalia, et havendo mandato lo prefato turcho per suo figlolo, gli ha risposto, che may venira da luy, fin chel tenga in casa, lo predicto bassa de Romania pur questa brigata tiene, chel turcho habia sapientissimo consiglio, et incominzano adesso ad credere quello, che piu volte questa estate io dixi, con alcuni de loro gentilhomini, il fu qua uno Raguseo per parte lo turcho, non in forma de Ambassadore, ma de famiglio secreto, del qual fin alora advisay Vostra Excellencia, per pratichare la pace, et offeriva a questa Signoria per parte lo turcho, volerli dare la Morea libera. La Signoria glie diede bona audientia, e promesili, si luy operava questo, che lo voleano, far gentilhomo de Venetia et darli una intrata de ducati mille al anno, apresso ne viene uno altro del Signor de Sancta Maura, che dixe lo simile, dopoy non hano may havuta risposta, et credesi venisero per spioni ad vedere, che preparamenti loro faciano; ma luy li ha dato bone parole

tanto, che ha facto li facti soy in la Natalia con Uso Casano e lo Caramano, qual ha disfacto del mondo e tolto li la Cilitia, e cusi ha delezato la brigata, a suo modo; e non si avede la brigata, che como il daese via ad altri pur uno castelo, il perderia quanta reputatione ha aquistato fin hora.

Questa brigata non si trova gia, ben contenta chel Magnifico Roberto habia dato Cesena al Papa, et ha lo prefato Magnifico Roberto perduto asay de la reputatione sua de qua, perche quando il si fuse defeso. Si crede per alcuna via secreta, ho de dinari, ho del Conte Carlo lo haveriano adiutato, hano mandato stara V cento de formento e dinari a Madona Ysotta, e gli anno mandato Messer Bertuzo Contarini a confortarla, che non li mancharono de cossa alcuna, temendo loro, che non faza lo salto de Cesena, in Signoria con lo Papa a lo intrinseco, non lie tropo benivolentia, e non sono poncto contenti, che luy acumula tanti dinari, ne si faza si grande, como il fa, altro non lie al presente digno de notitia; me ricomando a Vostra Ill. Signoria. Venetia die XXIII. Decembris 1465.

E. V. Ill. Exc. fidelissimus Servitor
Gerardus de Collis.

Illustrissimo Principi et Exc. Domino D. Duci Mediolani, Papie, Anglerieque Comiti etc.

(Milánói állam ltár.)

232.

1465. A velenczei államtanács megbízása Giustiniani Bernát Rómába menendő követe részére a magyarországi követnek szemmel tartása tekintetéből.

MCCCCLXV. die VIII. Januarij.

Commissio Viri Nobilis Bernardi Justiniano, Militis, Oratoris ituri ad S. Pontificem.

Sapientes Consilij
» t. f.
» Ordinum

.... Quemadmodum nosti, proximis diebus huc venit quidam Dominus Georgius Prepositus Quinque-Eccle-

siarum, Decretorum Doctor, Orator Serenissimi Regis Hungarie, ad Summum Pontificem profecturus pro impetrandis subsidijs anni futuri contra Turcum, quibus mediantibus exterminari possit, non autem, ut fiat, sicut hactenus factum est, ut sicut asserit Sua Majestas, semel ab istis laboribus et angustijs liberari possit, quemadmodum ex copia effectus expositionis sue, nobis facte, his implicite, videre poteritis. Nos quoque ipsi Oratori respondere deliberavimus, sicut per copiam, quam ad ampliorem informationem jam his insertam mittimus, videbis. Reddimur vero certi, quod Orator ipse, qui jam bonis diebus hinc discessit, ante tuum appulsum Romam, istuc attigerit, fueritque cum Romano Pontifice, pro impetrandis auxilijs antedictis, quam ob rem volumus, quod ab ipso Oratore intelligere studeas, quid ipse fecerit cum Summo Pontifice, apud quem volumus, quod omnem favorem nomine nostro impendere debeas ipsi Oratori, ad patefaciendam benevolentiam et affectionem nostram in Majestatem Hungarie.

Verum si a Pontifice Maximo requisitus esses, seu forte a Reverendissimis Cardinalibus deputandis per eum, de presidijs et favoribus per nos anno isto proximo prestandis Regie Majestati Hungarie, est nostre intentionis, et volumus, quod justificare debeas rem istam cum gravissimis et importabilibus impensis, quas passi sumus et patimur in presenti, sicut es amplissime informatus, et quod non habes a nobis circa hoc aliud in mandatis. Quoque nobis pro summis necessitatibus nostris omni vire succurrendum est, prestandique sunt favores, quibus mediantibus magnitudinem tanti belli, totque expensarum nobis impossibilium, tolerare possimus.

De quanto in premissis omnibus fueris executus, et in dies occurret, studiosus eris continuis tuis litteris nos certiores efficere.

+ 93 — 20 — 15.

(Velenczei államkönyv 129. l.)

233.

1465. A velenczei államtanács saját követétől, a bánnénak Clissára vonatkozó magyar királyi kiváltság levelei iránt értesitést kiván.

MCCCCLXV. die XXIII. Januarij.

4 Sapientes Consilij	
4 » t. f.	
» Ordinum	

Reddite sunt nobis littere vestre, quibus nostro Dominio significastis, que vobis dicta et oblata fuerunt per Comitem Juannum in negotio Clisij; que vestra significatio nobis admodum grata fuit. Laudantes proinde solitam diligentiam et prudentiam vestram, vobis cum nostro Consilio Rogatorum respondemus, quod quanquam intelligamus ejusmodi locum pro statu nostro vehementer facere, tamen quia nobis sepe dictum fuit, istam Magnificam Bannissam privilegia a Corona Regia habere, quibus locum illum ad libitum alienare potest: vellemus a vobis certiores fieri, si ita est, quod eadem privilegia habeat; quamobrem vobis mandamus, ut cum suprascripto Comite Juanno esse debeatis, eique dicere, nos ea in re Clisij propensos esse ad faciendum res gratas Magnificencie Sue; verum quia certiores fieri cupimus, si ejusmodi privilegia habet, instabitis hujusce rei certitudinem ab ipso Comite Juanne habere, et privilegiorum ipsorum exemplum nobis mittere, deque omnibus in re hac per vos actis, nos quamprimum et sine temporis intermissione certiores facere; nam habita responsine vestra hac in re, particularius vobis respondibimus, adeo, quod judicamus ipsam Magnificam Bannissam de ipsa nostra responsione contentam et satisfactam esse mansuram.

+ 99 — 11 — 4.

(Velenczei államkönyv 131. l.)

234.

1465. A velenczei államtanács megbizza Cornaro Márkot, hogy Rhodusban lévő testvére által puhatolja ki a török által ajánlott békekötés módozatait és föltételeit.

MCCCCLXV. die XXVII. Januarij.

1 Consiliarius Sapientes Consilij	... Quod attentis ijs, que per Virum Nobilem Andream Cornario ex Rhodo scripta

sunt ad Virum Nobilem Marcum Cornario militem, fratrem suum, circa materiam pacis cum Turco, committatur eidem Ser Marco, quod respondere debeat fratri suo de receptione litterarum suarum, quoque si Orator Turci illuc se conferet, sicut se facuturum dixit, adhibere debeat omne studium et operam, quod Orator ipse huc ad nos veniat, cum mandato circa pacem istam faciendam nobiscum et cum Serenissimo Rege Hungarie, ad quam pacem sumus et continue reperiemur prompti et bene dispositi. Quod si Orator ipse facere recusaret: intelligat tandem ab eo, modos et conditiones, cum quibus Turcus vult ad pacem devenire nobiscum et cum prefato Rege unite. Et demum quicquid in particulari habere poterit, circa rem hanc, subito per litteras suas significare fratri suo.

+ 88 — 5 — 5.

(Velenczei államkönyv 135. l.)

235.

1465. A velenczei államtanács István sz. seböki fejedelemmel a cattarói két eröd eladása tárgyában egyezkedni kiván.

MCCCCLXV. die XVII. Februarij.

Sapientes Consilij » t. f. » Ordinum	Misit ad nostrum Dominium Ill. Dominus Ducha Stephanus Sancti Save Oratores suos, qui inter cetera, uti

huic Consilio lectum est, duo castella ad marinam et buccam Cattari sita, offerunt, ne ad Turcorum, seu aliorum manus veniant. Et quia maxime facit pro statu nostro, ultimam eorum intentionem intelligere: vadit pars, quod Collegium habeat libertatem practicandi cum ipsis Oratoribus et ect., et cum eo, quod habebitur, veniatur postea ad hoc Consilium pro deliberanda conclusione illius et ect.

+ 117 — 1 — 0.

(Velenczei államkönyv Doc. I. 135. l.)

236.

1465. A velenczei államtanács Venerio Ferencz által Mátyás királyt a törökkel kötendö béke tárgyában és ujonnan választott tengernagyja iránt tudósitja.

MCCCCLXV. die XXI. Februarij.

Ser Francisco Venerio Oratori in Hungaria.

Sapientes Consilij
» t. f.
» Ordinum

Volumus, quod his habitis, detis operam adeundi presentiam Regie Majestatis Hungarie, dicendo sibi, quod scimus ad nostrum officium pertinere, que nobis occurrunt, maxime tangentia Majestatem Suam et nos secum comunicare. Credimus namque Serenitatem Suam optime recordari, de quanto per vos sibi dici fecimus, nobis fuisse promotum per medium Domini Leonardi Despoti de Sancta Maura, habuisse a Flambulario Janine de dispositione Turci, veniendi ad pacem; et de quanto etiam Regia Majestas per vos circa materiam istam nobis responderi fecit, quod in substantia fuit, quod ut res ista posset intelligi, commemorabat locum Ragusij pro tercio loco tractande pacis, casu, quo Turcus ad eam devenire vellet; in qua sententia concurrentes, expedivimus hinc nuntium prefati Domini Leonardi, cum effecto predicto, ut rediret ad Dominum suum, significaretque sibi, quod si Turcus pacem optabit cum Serenissimo Rege Hungarie et nobiscum; mittere poterit Oratorem suum cum mandato Ragusium, vel

ad alium locum proximum; quoniam Regia Majestas et nos similiter mitteremus Oratores cum mandato ad locum predictum. Nuper autem acceperimus litteras ab ipso Domino Leonardo, quibus nobis significat, quod habito responso nostro, miserat nuntium suum ad Flambularium Janine, per quem sibi referri fecit, quantum circa rem istam a nobis habuerat. Quoque Flambularius ipse responderat sibi verbis generalibus et quod rediret pro factis suis. Ex quibus comprehendi potuit eum, sive Dominum suum non esse dispositum mittendi Ragusium legationem suam,' de quibus omnibus, ut diximus, officij nostri esse existimavimus Serenitatem Suam consciam reddere, ut de omnibus sicut nos, certior fiat; cui etiam notum esse volumus, quod eligimus horum Capitaneum nostrum generalem maris, quem cum bono numero galearum et navium expedire solicitamus, ut se unire possit cum alijs viribus Classis nostre ad oppositum hujus perfidissimi hostis; solicitamus quoque instaurare vires nostras terrestres in partibus Amorée et Albanie novis gentibus armigeris et peditibus ad illas partes mittendis et de alijs provisionibus facere, cum gravissimis et incredibilibus nostris impensis, ut ex parte nostra nihil pretermittamus eorum omnium, que a nobis fieri possint, et ita quanto possimus studio, hortamur et rogamus Majestatem Suam, quod ex latere suo faciat.

+ 161 — 1 — 0.

(Velenczei államkönyv Doc. II. 135. l.)